CATALOGUS

CODICUM HEBRAEORUM

BIBLIOTHECAE ACADEMIAE LUGDUNO-BATAVAE.

CATALOGUS

CODICUM HEBRAEORUM

BIBLIOTHECAE ACADEMIAE LUGDUNO-BATAVAE,

AUCTORE

M. STEINSCHNEIDER.

LUGDUNI-BATAVORUM,
Apud E. J. BRILL,
Academiae Typographum.
MDCCCLVIII.

PRAEFATIO.

Quae de hoc MSS.torum Catalogo sollenni more praemonenda habeo, ad duo potissimum referri possunt: ad *formam*, quâ in eo conscribendo usus sum, seu ad ipsius dispositionem et methodum, et ad *materiem* sive generales quasdam, totam collectionem spectantes observationes, in primis historicas.

Quae optima sit hebr. Codd.um describendorum *methodus*, quaestio est, quae amplam disputationem requirit, atque a nemine hoc loco exspectabitur [1]). Nec de ipsâ ratione, quam in *hoc* secutus sum Catalogo, in summae brevitatis studio, quod mihi nunc proposui, agere possim; quare ea tantum indicaturus sum, quae ad Catalogum bene adhibendum necessaria sunt.

Descriptio Cod.um ut *accurata*, *plena* et *lucida*, et ipsis typorum generibus *manifesta* sit, externam eorum, ut ita dicam, conditionem (*volumen*, *characterem*, qui est diversissimus, ac *scribam*, *aetatem*, *possessores*) in notâ indicavi, et supplementi instar additis scripturae speciminibus, ex omnibus fere Codd. Karaiticis sumtis, illustravi. Neglectâ nullâ particulâ, ipsorum Operum *titulum* hebraice et latine versum ubique in fronte posuî, addito, ubi e Cod. ipso vel aliunde innotuit,

---

1) De Catalogis nonnullis disserui in § ultimâ (p. 469) dissertationis, inscriptae *Jüdische Literatur*, in vol. 27 sect. II magnae Encycl. ed.ae ab *Ersch*.

nomine *auctoris* [1]) cet., ita ut jam primo obtutu omnia in oculos cadant, quae ab iis, qui Librum vel obiter evolvant, quaeri solent.

Volumen hujus Libri cum Codicum (non Operum) numero comparantibus descriptio et ampla de rebus nonnullis disputatio fusiores forsan videbuntur. Quod si quis improbet, quin imo suspicetur, lucri causa me Librum ampliorem reddidisse, huic observasse sufficiat, Amplissimos Academiae Lugduno-Batavae Curatores, hunc Catalogum mihi conscribendum committentes, honorarium simul statuisse, nec de Libri ambitu quidquam mandavisse, hoc tantum optantes, ut Catalogus conderetur, qui nostri temporis votis responderet. Cui consilio ergo si paucioribus scribendis voluissem satisfacere, potuissem sane, sed rei non meo commodo consulendum esse censebam. Nec dubito, quin harum rerum periti, qui dicta non leviter perlustrent, haec probaturi sint, facile concedentes, vestigiis me non institisse eorum, qui rebus futilibus accumulatis, ac notissimis repetitis, imo sine religione sublectis, necessariis vero neglectis, Catalogos hujus generis conflarunt. Animadvertent etiam me, ubi argumentum permitteret, brevitati studuisse. In iis nempe, quae aliunde satis jam innotuerunt, ad Auctores tantum, qui de iis egerunt, revocavi [2]), vel locum attuli *Catalogi* mei *librorum hebraeorum in Bibl. Bodlejanâ*, A. 1848 incepti, et partim simul cum hoc Catalogo typis expressi [3]), ubi auctores locupletissime indicavi; passim dissertationem meam adduxi *Jüdische*

---

[1]) Nomina eorum, qui non sunt Judaei, literis *cursivis*, quae dicuntur, significavi.

[2]) Operis *De Rossi* c. t. Diz. stor. nonnisi versionem Germ. possideo (quam significavi »Wb.", seu »Wrtb." i. e. *Wörterbuch* cet.). De *Wolfio* v. infra p. XI.

[3]) Ejus Sectio I (Anonyma) et S. II (Auctores) finitae sunt mense Septemb. A. 1857, v. notitiam in Repertorio inde ab A. 1858 a me edito c. t. המזכיר, Hebr. Bibliographie N. 1 et 2 pp. 14, 38.

Literatur, cujus versio Anglica mihi A. 1853 tradebatur, prorsus vero a me revisa atque valde aucta typis expressa est [1]) iisdem annis, quibus elaboravi hunc Catalogum, cujus partes, ut excuderentur, deinceps Leydam misi; quare in his Operibus quoque jam passim Cod.[es] Leydenses in usum meum convertere, vel ad hunc Catalogum inspiciendum lectorem invitare potui. Praeterea de Codd. nonnullis in hoc Catalogo vel ob loci angustiam, vel deficiente ad dubia removenda Librorum et Codd.[um] copiâ, lubentius brevissime disserui [2]), quia de iisdem Operibus agendi locus erit in Catalogo MSS.[torum] Bibliothecae Bodlejanae, qui Catal.[um] Librorum impressorum, Deo volente, statim excipiet, et circiter 2000 Codd. complectetur. Ubi vero Opus inveni in Cod. Leyd.[i] unicum, aut omnino fere ignotum, magnive momenti, vel ubi quaestio de aetate Operis et Auctoris e Cod. illo potissimum definienda erat, de eo fusius agendum esse existimavi. Quamvis enim cum cl. *Dozy*[i] observationibus [3]) de finibus Catalogi universe consentio, fatendum tamen, non omnes Catalogos uno modo confici posse. Literae enim hebraicae sua habent fata priva et peculiaria, Codicibus sane minime propitia. Sunt vel hodie magnae Bibliothecae, quarum Codices Orientales cujusvis generis describendos curant, hebrai-

---

1) C. tit. *Jewish Literature* from the eighth to the eighteenth cent. with an introduction on Talmud and Midrash cet. 8. *London*, Logman, 1857 (cf. Hebr. Bibl. N. 2 p. 29 n. 70). Vid. hujus lib. praef. p. VII.

2) Collectio Librorum impressorum hebraeorum Bibliothecae Leydensis nonnulla quidem exhibet κειμήλια, v. c. Ed. Princ. Precum ritûs Hisp. (v. citata p. 269 sub 59, 7), Jakobi b. Asher Turim ex ed. rarissimâ Soncinatis (circ. 1490), quam detexi in codice, qui in Catal. ed. 1716 p. 314 n. 39 ac בית יוסף ed. Ven. 1522 recensetur! (v. *Catal.* meum p. 1182); ac Bibliorum ed. rarissima Brixiae 1494 (v. Hebr. Bibl. p. 42 n. 2), — haec tamen collectio cum MSS.[torum] thesauro minime comparari potest. Desideratur e. g. ipsius libri Traditionis Abrahami b. David editio quaevis.

3) Praef. ad Catal. Codd. Orient. Bibl. Acad. L. B. P. I, p. XXXIII.

eos vero, quos servant, solos oblivioni prorsus tradunt. Aliarum Manuscripti a Viris sponte descripti sunt, ad opus hocce difficillimum peragendum universâ Literarum eruditione haud instructis, et cognitione ipsius Linguae hebraicae prorsus carentibus; nec deficiunt praecones, qui istiusmodi opera commendant! [1]). De iis, qui in Codicibus studium ponunt eosque edunt, paucis exceptis, vix meliora dici possunt, quare Catalogus Codd. hebr. non, ut in aliis Literarum partibus, januam aperit ingredienti, sed potius claudit, ita ut saepissime ea, quae non exhibet Catalogus, cum ipso Codice tandem evanescant et intereant. Quae cum ita sint, si nonnulla ad Catalogum non stricte necessaria invenies, dicta examina, et si quid boni continent, benevole accipe. Equidem antequam Codices evolvi, opus multo citius expediri posse putabam, sed iis inspectis, graves labores mihi exantlandos esse vidi. Quibus aliquando susceptis, quo Catalogum conscribere inceperam, eodem modo ipsum non ad finem perducere non potui. Prae ceteris autem Codicibus in *Karaiticis* potissimum, et in iis, quorum argumentum cum Literis *Arabicis* cohaeret, multum operae posui, et quidem quia hicce Catalogus pars est *Catalogi Codd. orient. Acad. L. B.*, et quia ob Karaiticos Cod.[es] ea collectio magnopere jam diu, ac merito sane, celebrata est [2]).

---

[1]) Exempli instar sufficiant quae in laudem Catalogi Vindobonensis suo tempore proferre non haesitavit relator quidam in *Journal Asiatique.*

[2]) *Wolfius* in praef. ad T. III (v. infra), *De Rossi*, Wörtb. p. 247; cf. etiam *Geiger*, Zeitschr. II, 124, *Dukes*, Beiträge p. 24, *Judische Lit.* § 14 p. 407, *Juynboll*, Oratio de Codd. orient. cet. 8[o] Lugd. Bat. 1854 p. 9. De raritate universâ Codd. Karait. vid. in primis *De Rossi* ad Cod. 173, et de collect. Oppenheim. *Wolf.* [1] p. 120. — Antea mihi proposueram plura huic Catalogo adjicere, rerum Karait. studiosis certe gratissima, tum *indicem* v. c. *auctorum* libri ארח צדיקים (literis „א״צ“ citati), quem A. 1846 in usum exemplaris mei confeci, tum etiam fontium de Karaeis enumerationem quam maxime consum-

Pauca observanda sunt de externâ Catalogi formâ. In transscribendis *nominibus* hebr. regulas secutus sum, de quibus in introductione Catalogi Oxoniensis disputabo. Solummodo pro *sch* hîc scripsi *sh;* ceterum quantum potui, et argumentorum varietas sivit, eandem in Opere utroque normam adhibui, ita ut in introductione Libri majoris quaeras, quae hîc desiderantur. Locos majores e Cod.bus excerptos in *Appendicibus* collegi.

Ordo Cod.um idem fere est, quo in Catal. Leydensi ed. 1716 iidem enumerati, atque nunc in ipsâ Bibliothecâ collocati sunt; primo tantum loco posui *Warnerianos* 1-64; Codd.bus porro 65-79, e variis locis recens congestis, »Sect.em IIam" inscripsi; sub »Sect.e IIIa" (N. 80-94) omnes descripsi postea (potissimum Saec. XVIII. medio) et nuper emtos. Deinde Codd. *Scaligerianos* 20 posui (in Catal. vet. primo loco positos), agmenque claudunt duo *Arabici.*

Duobus eis nominibus illustrissimis *tota* fere *historia* Bibliothecae hebraicae Leydensis absolvitur, SCALIGERUM puto et WARNERUM, qui Viri, liberalitate non minus quam Literarum hebraicarum studio et amore vere sunt insignes. De his post DOZYUM [1]), pauca mihi dicenda supersunt.

LEVINUS WARNERUS (ob. A. 1665) [2]) eo vixit tempore, quo studia hebraica in Belgio ita florebant, ut ipsae feminae eis va-

---

matam (quam pollicitus sum: *Jew. Lit.* p. 309 p. 14 n. 1); sed videns hujus Libri volumen praeter exspectationem in majus crevisse, ac praeterea necesse esse, ut *Bibliotheca Karaitica* (quam *De Rossi* jam aggressus est) conscriberetur, huic brevi quidem parandae ét ea, ét alia quae jam diu congessi, seposui. — Opus *Schuparti* (v. p. 81) nuperrime demum felici casu nactus sum; Catalogum librorum Triglandii, c. t. *Bibliotheca Triglandiana* cet. 8⁰ Lugd. Bat. 1706, quem, mirabile dictu, frustra quaesivi in Bibl. Leydensi, mox Oxonii, ubi duo exstant exempll. (v. Catal. libr. impr. III, 667), consulam.

1) In praef. ad Catal. I (A. 1851), p. II et XV seq.

2) Annum hunc fatalem, quem mihi indicavit cl. *Juynboll* (collato

carent [1]), atque amicum inter doctos Christianos et Judaeos esset commercium [2]). Warnerus autem non modo Codicum Orientalium multas centurias collegit, sed in Hebraicis etiam quam maxime et speciatim in Karaiticis Libris versatus erat. Quod sane non temere contendo. Testes mihi sunt ipsi Codices, quorum locos in proprios usus stilo cerussato significavit [3]); testes sunt excerpta et adversaria (Codd. 72-79); in his sciagraphia operis maximi de Karaeis eorumque controversiâ cum Rabbinis cet., quod »*Triglandium* excitasse et praesidiis quoque instruxisse videtur ad suam de Karaeis Commentationem concinnandam [4])." Sic saltem judicat Wolfius

---

M. Siegenbeek, *Gesch. der Leidsche Hoogeschool* II, p. 19), adde in *Catal. libr. hebr.* p. 2714. — Opera Warneri edita (nescio an omnia) enumerantur in Catal. impr. libr. in Bibl. Bodl. III, 783.

1) Ut celeberrima *Anna Maria a Schurmann*, cujus exemplari Gramm. hebr. Kimchii ed. 1631 nomen *Manasse b. Israel* [ob. A. 1657] inscriptum erat (v. *Catal. libr. hebr.* p. 2374). »La princesse de Boheme", cui Anna A. 1639 et 1644 epistolas scripsit, est *Elisabetha* filia Friderici V (nata A. 1618), celebris Cartesii discipula, quae cum opus Jakobi Leon de templo Salomonis ipsa interpretari vellet, Hebraicam potius versionem quam Hispanicam aut Belgicam adhibendam et eligendam putavit" (*Saubertus*).

2) Commercium e. g. *Beverovicii* cum *Zacuto Lusitano* (ob. A. 1642), et *Leusdenii* cum Bibliorum editoribus Amstel.bus. Opera *Manassae b. Israel* Latina »a Christianis potius, quos sibi familiares habuit, repetenda esse" videntur (v. citata in *Catal.* p. 1645). Jamque pro *Golio* Leydae lib.um Moreh, qui nunc in Bibl. Bodl. servatur, descripsit *Saadia b. Levi Azankot* (de quo fusius disserui in *Catal.* p. 2226, unde suppl. quoque *Dozy* l. c. p. xii). — Floruerunt etiam eo tempore *Erpenius* et l'*Empereur*.

3) Hae notae occurrunt in omnibus fere Codd. Karaiticis, quorum specimina huic Catalogo sunt addita; cf. eorum descriptionem suis locis.

4) »De *Jacobo Triglandio*, vulgo dicto III°, vid. Siegenbeek, *Gesch. d. Leidsche Hoogesch.* II, p. 156 et seq., et H. Bouman, *Gesch. d. Gel-*

(IV, 1086), qui ipsam hanc adumbrationem dignam censuit, quae (omissis tamen pluribus excerptis majoribus, ut ipse indicat p. 1096), celeberrimae suae *Bibliothecae Hebraicae* insereretur. Neque hîc omittantur verba *J. J. Reiske*i de Warnero, quae paucis certo innotuerunt, et huc quodammodo pertinent [1]).

De loco, tempore et modo, quibus Warnerus majorem vel saltem magnam Codicum *Hebraicorum* partem acquisiverit, vel excerpta sibi paraverit, non tanta, quanta in reliquis, quos collegit, est obscuritas indiciorumque defectus [2]); imo ex his

---

dersche Hoogesch. I, p. 208 et seq. Sic is vocatur, ut distinguatur a Patre, *Jacobo* etiam dicto, V. d. M. Amstelodamensi, in aetatis flore abrepto, et ab Avo, item *Jacobo* appellato, Prof. Theol. L. B., mortuo A. 1654, scriptore *Hist. Eccl.*" Haec mihi notavit cl. *Juynboll.*

1) *J. J. Reiske* et *J. E. Fabri* Opuscula medica ex monumentis Arabum et Ebraeorum, *Halae* 1776 p. 32 (de Cod. 1108): »Levinus Warnerus, cujus in literis orientalibus peritiam admiror, laborem et diligentiam stupeo; tot enim ille libros Arabicos, Persicos, Turcicos, perlegit, descripsit, excerpsit, interpretatus est, quod perlegendis alius quisquam vix sufficiat; et si contigisset ipsi edere sua adversaria, commodum attulisset hisce studiis, et reportasset gloriam, qualem nullus alius eorum, qui Arabica tractarunt: Hic tantus vir, quem Leida non minus atque numen venerari debet, ut qui munere mactavit eam, cui par Christianus orbis non habet, legatum intelligo Codd. MSS. orientalium, inter alia curaverat ab *aliquo scriba* librum »*de medicina Prophetae,*" sibi describi, cujus ipse magnam partem latine interpretatus est. . . . . Posterior (pars) simplicia recenset, de quibus judicia *Mohammadis* feruntur in traditionibus [cf. Catal. hunc p. 321 infra de *pisce Mosis*, de quo nugae nuper in periodicis jactatae sunt; cf. *Jewish Chronicle* 1858 N. 176 p. 157 n. 1] secundum ordinem alphab., eumque, quod mirum, non Arabicum, sed *ebraicum.* Sic fortasse jusserat Warnerus. Ipse enim non scripsit arabica."

2) Cf. *Dozy*, l. c. p. XVI: »nihil hac de re annotatum reperi; emisse illos videtur a bibliopolis Constantinopolitanis."

fortasse lux *illorum* fatis adspergi poterit. Tertiam nempe fere partem Codicum hebr. Sectionis I (viginti circiter) olim possidebat *Jo. van Hill* [1]); in his sunt 10 Karaitici, qui, ut alii 20 circ.

---

1) [Inter *Warnerianos* sunt 19 Codices (N. 12, 16, 17, 18, 19, 20, 22, 26, 38, 43, 44, 45, 47, 48, 49, 52, 53, 56 et 60), qui nomen *J. van Hill* in fronte gerunt. Praeter nomen nihil de eo sive in iis Codicibus, sive in alio Libro MS. aut typis expresso notatum vidi. Graviter sane dolendum est adeo pauca de Codicum fatis innotuisse! Eorum ergo Codicum ac dicti Viri historiam, quantum fieri possit, quodammodo illustrare conatus sum. Cui consilio nonnullos Libros percurri, et Viros ex Nostratibus adii, qui in historiâ Patriae literariâ multum operae posuerunt, quibus pro auxilio, humanissime mihi praestito, gratias quam maximas ago.

Quae tamen tradenda habeo non multa sunt, nec talia eheu! ut meo desiderio satisfaciant. Lubens vero ea cum Lectore communicabo, sperans fore ut alii deinde, aliis subsidiis repertis, quaestionem melius ac plenius solvant.

Primum videamus quid, collatis ipsis *Codicibus*, de eo effici possit, deinde quid de eo aliunde innotuerit.

Verisimile est, *omnes* Codices, notam *J. van Hill* gerentes, et inter Warnerianos solos occurrentes, a Warnero ex ejus Bibliothecâ emtos esse. Constat enim *van Hill* eos *ante* Warnerum possedisse, et hunc eos deinde acquisitos in suos usus convertisse. Vidd. modo dicta de Cod. 12 et 16 (in hocce Catal. p. 32 et 47).

Ex his tuto efficere possumus, Warnerum et van Hill fuisse *aequales.* Ille obiit anno 1665. Hic quando mortuus sit, non significatur. Sed fortasse ante illum, nisi statuas eum vivum Bibliothecam vendidisse.

Seculo 17° medio circiter van Hill vixisse, praeterea non modo videmus ex *scripturae ratione*, quâ nomen suum omnibus iis Codicibus ipse inscripsit, quae manifesto notam gerit manûs *ejus* temporis, sed ex aliis etiam indiciis apparet, in *priorem* saltem ejus seculi partem ipsius aetatem incidisse. Codicem v. c. 22 (Cat. p. 84) ante eum possedit *Josef Maroli* s. *Moruli*, qui Saec.° XVII° vixisse videtur, aequalis vel paulo recentior quam *Moses Mi-zurudi* (v. p. XIV), qui certe floruit A. 1602; etiam Codex 45 (Cat. p. 216) ad *van Hill* pervenit post annum 1596, qui annus in notâ fol. 181 inscriptâ, memoratur.

Codd. Karaitici certo Constantinopoli acquisiti sunt; Cod.[em] 41 A. 1646 vendidit *Jehuda Gur Arjeh b. Menachem*, qui et alios Codd. possedit, isque Cod. A.1660 adhuc in manibus erat emto-

---

Ubi v. Hill eos Codices acquisiverit ex nullo etiam Codice diserte liquet. In *Oriente* tamen eos collectos esse, exinde conjiciendum, quod ex 19 iis Codicibus, 10 sunt *Karaitici;* Karaeorum nempe coetus in Oriente, ut nunc praesertim supersunt, ita olim florebant. *Locum* porro Orientis si accuratius definire velis, nullus alius vix cogitari posse videtur praeter Constantinopolin, ubi Warnerus, ut Doct. *Steinschneider* supra indicavit, suos Codices nactus est, ibique plurimos pristinos eorum possessores vixisse, aliunde constat.

Splendidam Codicum OO. Bibliothecam van Hill' habuisse, non dubitandum. Non modo ex *literis* id novimus, ejus nomini passim appositis, quae ad *U U U* adscendunt, unde efficere licet Codices *Hebraeos* solos numerum jam explevisse literarum Alphabeti *ter* fere saltem enumeratarum, — sed ex »N. 1293" idem quoque patet, quo N. 64 *U U U* etiam notatus est (Cat. p. 274). Nec mirum! non modo enim *Hebraeos*, sed etiam *Arabicos* Codices v. Hill sibi comparaverat, cujusmodi, ipsius etiam nomine notati, nonnulli inter Warnerianos inveniuntur, et qui eâdem opportunitate a Warnero videntur esse coemti.

Haec sunt, quae de nostro v. Hill ipsi *Codices* docent. Quae aliunde conquisivi, sunt pauca, et parum certa.

Nostrum enim invenisse mihi videbar in *tertio Catalogo Studiosorum Acad. L. B.*, p. 164, ubi cl. Adolphus Vorstius, Medic. Professor, et a. 1636 Acad. Rector, die 3º Novembr. sequentia suâ manu scripsit »Johannes *t* Hilt, Harlemensis, a. [i. e. anno aetatis] 18, primae classis Auditor."

Nihil huic opinioni obstare putabam, si statuerem *Vorstium*, literis in schedulâ, quam secutus sit, raptim et sordide scriptis, deceptum, nomen corrupisse. Nunc tamen haec scribens, et casu incidens in Librum Siegenbeekii (*Gesch. der L. Hoogeschool* I, p. 186 et II, in Supplementis p. 15) animadverti, probabile esse eo nomine alium designari, qui vocatur ibid. »Mr. Johannes *van Thilt*," Consulem (Burgemeester) *Harlemensem*, et ab a. 1662-1679 Curatorem Academiae L. B. Nihilominus, hac opinione receptâ, et levi nominis discrimine omisso, necesse est ad omnem tollendam difficulta-

ris, ut videtur, postremi, *Mos. Jerushalmi*. Codices, quos *Moses Mi-Zurudi* tenebat, vix ante mortem ejus venditi sunt; is autem A. 1602 opus composuit, quod Cod.e 52, [17] continetur (v. p. 244). In comparandis forsitan, certe in excerpendis, Operibus Karaiti-

---

tem, ut ponamus eum *Doctoris titulum* alibi nactum esse, quia in *Albo Doctorum* ipsius nomen frustra quaeritur.

Dictam ergo notam, ex Studiosorum Catalogo sumtam, in medio potius relinquentibus, non aliud nobis superest, quam ut sumamus Nostrum *van Hill* aut alibi, aut hic privatim ducibus *Constantino l'Empereur* et *Jacobo Golio* literis Orientalibus operam dedisse, et posteriore suadente, iter in Orientem suscepisse, ac Bibliothecam, quam vidimus, ibidem sibi comparasse.

Quando vero in Orientem abierit, et quo *munere* (si eo ibi deinde ornaretur) functus sit, prorsus etiam latet.

Me quidem subiit cogitatio, eum fortasse aut *Consulem* fuisse Smyrnensem v. c., vel Alexandrinum, vel *Legatum* Constantinopolitanum, vel etiam *Verbi divini Ministrum* in urbe Smyrnae, aut in aliâ urbe Orientis, sed irriti erant omnes conatus, quos Viri in historiâ Patriae diplomaticâ peritissimi, in meam gratiam instituerunt, ut Consulem, Legatum, Ministrumve reperirent. A nostro enim sine dubio diversus est, ut in actis diplomaticis, in Bibliothecâ Diplomaticâ Haganâ (Rijksarchief) servatis, nuncupatur, »*Jan Jansen 't Heyls*, ab Ordinibus Generalibus die 4° Martii a.i 1662 Consul creatus Cahirae magnae (ut dicitur), Alexandriae, Rosettae et Damiatae." Noster enim, ut nominis discrimen transeam, filius fuisse videtur aut *Cornelii Jodoci filii Hillenii*, V. D. M. Roterodamensis ab a. 1589-1598, aut potius *Cornelii van Hil*, qui etiam *van Hille* et *Hillenius* appellatur. Hic clarus sui temporis Theologus, Auctor fertur Libelli, Libris Symbolicis in Ecclesiâ Reformatâ Patriae nostrae receptis additi, cui nomen est *de Sieken-Troost*. Primum is V. D. M. erat in pago Uitgeest et Akersloot, deinde a. 1591 in pago Hillegersberg, et a. 1596 in urbe Alcmariae, unde, turbis ecclesiasticis ejus temporis immixtus, a. 1612 Groningam abiit, ubi in eum, favore utentem Guilielmi Friderici, Comitis Nassaviae, Frisiaeque et prov. Groninganae ac Drenthinae Gubernatoris, cura suprema Ecclesiae (Superintendentschap) Drenthinae collata est. Groningae is a. 1632 diem supremum obiit. (De his vid. Ypeij et Dermout,

cis Warnerus auxilio usus esse videtur cujusdam *Simcha[e] Ashkenasi*, mihi huc usque ignoti; praeterea commercium ille habuit quoque cum *Abraham Jachini* (v. Cod. 73 p. 290), qui benignitatis Warnerianae erga Judaeum interpretem *Saulum* mentionem facit, adeo ut ab hac etiam parte Viri eximii laudes celebrari mereantur.

Si horum Codicum *numerum* consideras, Bibliotheca Leydensis quidem aliis multis, quarum Catalogi typis exscripti sunt, est inferior; Codicum vero antiquissimorum, gravissimorum et rarissimorum praestantiâ et varietate, a nullâ aliâ superatur. Cuique Indices inspicienti primo obtutu hoc manifestum erit, nec solis *Warnerianis* hae laudes tribuantur, sed et Codicibus *Scaligeri*, cujus Codices *Hebraici* ergo *Arabicis* sunt praestantiores [1]).

Inter Codices 30 circiter *Karaiticos*, qui primum locum tenent, et de quibus jam satis dictum est, hîc tantum memoretur *Grammatica* Ahronis b. Josef, cujus duo exemplaria habentur. Secundum locum obtinent, si numerum spectas, *Philosophici*, partim ex auctoribus Arabicis (*Gazzali[o]*, *Averroe* cet.) versi, vel Commentarii in eos conscripti (6, 7, 9, 12 Aegydii, unicum; 12, 15 Averrois dissertt. rarissimae; 18, 20 Samuelis Ibn Tibbon Encyklop., liber quam rarissimus, hactenus vix notus; 33, 35, 36, 42, 44, 45, 48; 56, [8] ipsum fragm. lib. editi non spernendum; 58, 62, 85, 86-90; Scal. 6, 9, 10 Mos. de Rieti, unicum; 12). Praeterea nulla fere disciplina est, quae in aliquo hîc obvio Codice non tractatur, ne dicam vix ullam esse, in quam ex hujus Bibliothecae subsidiis nihil boni redundet.

Gesch. v. d. Herv. Kerk in Nederl. I, in ann. 310 p. 165, et in ann. 547 p. 256 et seq., et II in ann. 142 p. 55).

Filius ergo Noster fuit eo Patre dignus. Libros filius non scripsisse videtur. Nullus certe ad meam notitiam pervenit. *Juynboll*].

1) Cf. *Dozy* l. c. p. II.

Inter Codd. *textum sacrum* exhibentes (v. Indicem II), est praestantissimus 71, antiquus Scal. 20; exstat porro *apocryphus* 83, et, — quo, juvante docto Juvene Leo de Hartog, in Acad. L. B. Litt. Hum. Candidato, ad novam editionem hisce diebus paratam, usus sum, — Pseudo-Ben-Syra (59). Inter sacri textûs Commentarios, s. Libros *exegeticos* (23, 27, 29, 65, 80, 91, 92, Scal. 1, 13) unici sunt Pseudo-Bechor Shor (27), Menachem Tamar (29), Alphonsus de Zamora (65), unicus fere et ineditus Ibn Esrae Comment. in Danielem (Sc. 13); duo deinde sunt, qui ad *Lexicographiam* hebr. pertinent, alter praestans (Sc. 5), alter Synonymicus Penini[i], isque etiam unicus (10). *Homiletici* Cod.[is] 56 et *Ethici* 59 nullus innotuit par. Inter *Polemicos*, qui omnes rariores sunt (28, 51, 64, 90, [3]; Sc. 10), Opus est hactenus fere ignotum Chisdai (64), cui consimilem nuperrime detexi. Ad *Poësin sacram* pertinet Hymnus cum Comm. (unico in Cod. 34), Codex ritum in urbe Fâs observatum exhibens, unicus (94), precum poenit.[ium] Cod. insignis (Sc. 4), quibus addenda est precatio Maimonidis (41, [11]). Nec desunt *Talmudici*, qui dicuntur *Halachici;* praeter Talmud Hiërosol. nempe, qui editionum fons est supremus (Sc. 3), Responsa hîc in censum veniunt Isak Ibn Sheshet inedita (50), ritûs Jakob Levi ab editis diversi (84), Zidkijjae nonnulla inedita (Scal. 13, [3]); atque *Haggadicus* unicus fere, qui Scal. 7 [1]) continetur. Inter *Mysticos* seu *Kabbalisticos* (24, [16], 32, 55, 93, Sc. 13), praeter rarum et insigne Opus, me suadente recens acquisitum, Isaki Akko (93), et antiqua »Templa" (Sc. 13), digna sunt quae hîc memorentur: Opusculum fere unicum, quod Mosi de Leon vindicavi (24, [16]), et fundamenta Josefi Ibn Wakkar (Sc. 13, [13]).

Neque his inferiores sunt Codices, qui ad scientias, ut dicunt, *exactas* et *reales* pertinent. Inter *Astronomicos* seu *Chro-*

---

[1]) Dicta probant quam parum nota esset collectio nostra *Frankelio*, suum de eâ judicium proferenti; vidd. quae dixi p. 342.

nologicos (37, 43, 66, 68, Sc. 19) Opus est perrarum Abrahami b. Chijja (37), cujus nominis celebritatem, jam dudum propagatam, haud parum auget, quod nuper detexi, eum esse Judaeum »Savasordam," cujus librum Embadorum vertit coaevus Plato Tiburtinus [1]); exstat unica fere dissertatio Immanuëlis (43), unicus fere Comm. in Al-Ferganium (68). *Astrologiam* superstitiosam tractant, praeter Opera Ibn Esrae vulgaria, unicum forsan Abu Maashar[i], et Jo. Bianchini, cujus ne nomen quidem hactenus cognoverant Bibliographi. De *Mathesi* invenies, praeter rarum Opusculum (47), principem Euclidem ex versione minus vulgari (66, [3]).

In Codicibus *Medicis* (30, [7], 39, 40, 53, 69, 72 A.; Sc. 2, 11, 15) insignis est Cod. Scal. 2 [2]), quo non minus quam 20, et Cod. Warn. 40, quo 12 Opera continentur; atque omnino in hac classe tanta sunt Opera rariora et vix nota, ut vereor, ne in eligendis exemplis praestantiora et memoratu digna omittam; quare casû potius ductus, in medium profero tripertitum Opus Mesuae (53), Comment. Rieti (72 A), fragmenta Asafi, quibus apponi meretur ex *historiâ naturali* versio Operis de gemmis Marbodii, hactenus non recognita (25, [10]), atque Berachjae pariter ignotum Opus ex Arabico versum (Sc. 15, [10]), quod historiae literariae majoris est momenti, quam primo obtutu conjicias.

Linguam denique quod attinet, inter Codd. literis hebr.[is] exaratos, in hoc Catalogo descriptos, occurrit Opus *Italicum* (Sc. 10); *Turcicum* auctore Moslimo (72, v. Append. XV); *Arabicum*, quod in 2 Codd., p. 380-382 descriptis, exstat; Codices denique nonnulli *Latini* recentes, ob argumentum et nexum cum literis hebraicis, cum hebr. Codd. juncti sunt (Sect. III).

---

[1]) Vid. citata p. 369 n. 3.

[2]) De hoc Cod. disseruisse Doct. *Israels* in Repertorio *Janus*, Bresl. 1847, T. II p. 813, nonnisi finitâ hac praefatione intellexi.

Quaerentibus jam, quid de tot et tantis literarum hebraicarum monumentis gravissimis hodie usque in medium prolatum fuerit, paucis respondebo, ex quibus appareat, quam felix sors mihi contigerit, insignes thesauros, aut parum ante cognitos, accuratius explorandi, aut prorsus latentes, nunc demum in lucem proferendi.

Scaligeriani, ex legato JOSEPHI JUSTI SCALIGERI, anno 1609 mortui, oriundi, et a quibus Codicum OO. collectio Leydensis initium ducit, in Catalogo DANIELIS HEINSII anni 1623 primum enumerati, et ab ERPENIO, ut videtur, descripti sunt. In *secundo* Catalogo anni 1630 haec descriptio repetita, in *tertio* vero Catalogo anni 1640, GOLIO auctore revisa est [1]). *Quartus* Catalogus FREDERICI SPANHEMII anni 1674 primus *Warnerianos* complectitur, descriptos a BOOTSIO, cui labori *Indicis* nomen jure competit [2]), quique, postquam 6 menses in eo perficiendo transegerat, summam accepit 315 florenorum. In eo Catalogo recensentur Scalig. p. 276-8, Warner. (n.1-36) p. 283-5 et in Appendice (n. 37-64) p. 286-9. Ex hoc fonte (et forsitan non sine collaboratore) sua hausit SABBATAI, notissimus auctor Operis bibliographici, quod »Labia Dormientium" inscripsit, primum 4° Amstel. 1680 editi, deinde pessime recusi 4° Zolkow. 1806 [3]). Eundem fontem adiit, de his referens, WOLFIUS in voll. I et II (A. 1715 et 1721) Bibliothecae hebr^{ae}. Index ille diu suffecisse

---

1) Verbotenus fere hic secutus sum verba cl. JUYNBOLLII in *Orat. de Codicum Orientt., qui in Acad. L. B. servantur, Bibliothecá*, p. 6 et 34.

2) Vid. de his DOZY l. l. p. XXIV.

3) Cf. *Zunz* in Repert. »Israel. Annalen" 1839 p. 336; *Wolfius* in praef. I p. 15 Sabbataeum ex MSS. Karaiticis Leyd. nonnulla attulisse dicit, quod certe de Catalogo intelligi debet; semel (s. v. אבן בוחן) me apud eum nonnulla legisse memini, quae quidem non e Catal. ad Cod. 28 describere potuit, sed ipsum unquam evolvisse Codicem, graviter dubitandum. E Sabb. tantum hausit *Schupartus* in diss. III de libris Kar.

videtur. Cum enim novus conficeretur Cod.um orient. omnium Catalogus a *Jo. Heymanno*, hebraicorum tituli, in Bootsii Indice obvii, iterum inserti sunt huic Catalogo (»Catal. libr. Bibl. publ. Univers." cet. fol. Lugd. Bat. 1716) et quidem p. 404-8, mutato partim numerorum ordine, et prorsus omissis tum Codice pretioso Warn. nunc 64 (v. p. 274), tum etiam Scal. olim 11, qui ubi sit, vel quo fato perierit, frustra quaesivi (v. p. 355) [1]. Ad Catalogi supplementum A.° 1741 editum nullus Codex hebraicus accessit. Omnia ergo, quae Academia L. B. ad cognoscendos Codices hebr. per spatium fere unius saeculi et dimidii (1674-1820) praestitit, uno hoc Indice absolvebantur.

At non defuerunt extranei literarum hebr.um cultores, qui iis Codicibus utebantur, eosque, Leydam adeuntes, ibi conferebant, aut Bibliothecae Praefectorum liberalitate fruentes, domi evolvebant, studiorumque fructus publici juris faciebant. Quidquid ex eorum laboribus ad meam notitiam perlatum est (partim diu postquam ipse Codices inspexi, eorumque descriptionem jam paraveram) suo loco additis auctorum nominibus exhibui; hîc de duobus tantum Viris loquar, qui de pluribus Codd., quos ipsi contulerant, disseruerunt. — Optime de his Codd. meritus est Wolfius, qui honeste, more suo, confitetur [2]: »Non »parum mihi profuit Bibliotheca, qua Academia inter Batavos »Lugdunensis jure suo superbit. Ad eam scilicet profectus [3]) »et celeberrimi Petri Burmanni, qui illam hodie dextre et di»ligenter curat, benevolentia adjutus, tum editos tum manu

---

1) *Conspectum* numerorum duplicem indicibus adjeci, ita ut facile e Catalogo vetere et Wolfii Tomo I numerus in Catalogo ed. 1716, apud Wolfium in T. III et apud nos inveniri possit, et vice versâ.

2) Bibl. hebr. T. III (1727) praef. pag. penult.

3) Annum non indicat, nec aliunde mihi innotuit; eum 1724 fuisse conjeci (in *Catal.* p. 2730) e loco, ubi ex ore Proopsii, eo ut videtur Anno, nonnulla accepisse dicit.

»exaratos Codd. Hebraicos curatius (sic) inspexi, nec pauca »deprehendisse me puto, quae in Catalogo Biblioth. Leydensis, »an. 1716 in fol. edito, vel omissa sunt, vel per instituti ra»tionem copiosius exponi non potuerunt. Facile per te intel»ligis haec de Codd. MSS. *Scalig.* et *Warner.* in primis accipi »debere. Et quemadmodum Warneriani illi insignem, et alibi, »ni fallor, frustra quaerendam scriptorum *Karaiticorum ἀνεκ»δότου*, copiam suppeditant, ita non solum in iis enarrandis »majorem operam collocavi, sed et opuscula nonnulla, alibi »forte tecum communicanda, descripsi" [1]). Wolfius vero has observationes, ut instituti ratio postulabat, per totum volumen tertium (plus quam 1200 pagg. complectens) disjecit sub variis auctoribus et titulis; laborem tamen non fugi perquirendorum totius voluminis locorum, ubi sermo de Codd. nostris exspectandus erat, ne dicta et nota sine causâ repeterem, adeo ut sperem fore ut perpaucos tantum omiserim; quos inveni, sub unoquoque Codice religiose indicavi [2]). Quo modo Wolfius Codices descripserit, in Catalogo saepissime ostendi, sed quantum temporis ei concessum fuerit ad eos inspiciendos, nescimus; et si Vir ille de literis hebr. tam praeclare meritus, et prae omnibus fere Bibliographis hebraicis honestus, qui neque ambitione et ostentatione, neque praejudiciis et superstitione abreptus, vera sectabatur, errorum gravium non immunis fuit, hos tamen in unum hîc colligere nolim.

Nostris diebus eruditus Bibliothecarum visitator L. Dukes Codd. plures Leydenses evolvit, et ex iis excerpta non accuratissima dispersit tum in Repertorio c. t. *Literaturblatt des Orients* (in primis A. 1844), tum in Libro (A. 1844) unâ cum

---

[1]) Sunt quantum scio ea quae volumini IV° p. 1069—1115 inseruit (v. nos p. 270 N. 60 et supra).

[2]) Wolfii Bibl.[am] hebr. designavi literâ *W*; numerus parvus, insuper positus, volumen significat.

Ewaldio edito c. t. *Beiträge* cet. (p. 26, 29) [1]; is generalem quoque »notitiam" de collectione Leydensi pollicitus est (Litbl. 1847 p. 345), sed quantum scio promissum non praestitit. Utinam vir doctus et de literis hebr. bene meritus, qui Linguae hebraicae cognitione, ut Judaeus, Wolfium sane superat, hujus aemulatus fuisset gravitatem seu circumspectionem, et quae ex his profluit atque in rebus literariis omnis auctoritatis fons est, *accurationem!*

Si tandem haec praefatio, et cum eâ opus quatuor annorum, concluditur paucis verbis ipsum auctorem spectantibus, id in primis ei concessum sit, ut iis Viris gratias agat, qui de hoc Opere et Auctore bene meruerunt.

Suaserat jam cl. *Weijers*ius, utilissimum fore, si, absoluto reliquorum Codicum OO. Catalogo, Codices Hebraei docto Judaeo conscribendi demandarentur [2]. Haec vota ergo non brevi expletum iri, praeco aliquis praedicatus est [3], sed Libri fata aliter decreverunt, ita ut Catalogi pars Hebraea prima sit, quae post alterum Volumen in lucem prodit. Quomodo res evenerit, narrabo.

Quae cl. *Weijers* suaserat, amicus ejus integerrimus et successor, cl. Juynboll, Legati Warneriani Interpres, quam primum ad eventum perducere studebat, idque consilium communicabat cum doct.o *W. Wright* (nunc Professori Dublinensi), quocum ego, anno 1853 Oxonii degens, studiorum cognatorum amicitiaeque vinculis conjungebar. Ac jam brevi, ut paucis dicam, Juynbollii interventu Amplissimis Academiae Lugd. Bat.ae Curatoribus commendato, hujus Catalogi conscribendi provincia mihi committebatur.

Leydam ergo me converti, ibique totum mensem Julium

---

1) Vid. *Zunz*. zur Gesch. p. 343 a.

2) Sic cl. *Dozy* scripsit in Praef. Catalogi (p. I et II).

3) Vid. Orient. XII, 305.

anni 1854, Codices Hebraicos perlustrans et excerpens, transegi, exceptis tantum Codicibus insignibus, 20, 41, 52 et 64, quos Berolini in meos usus convertere benevole mihi concedebatur. Ut Leydae versantem cujusvis generis beneficia in me contulerunt, làboremque levarunt et peregrinationis taedium depellerunt cl. Juynboll, ejusque tunc adjunctus et Catalogi continuator (nunc Theol. Prof.) Kuenen, atque liberalissimus Dozy, — quorum Collegam in eo perficiendo opere me vocari posse non pauci duco: — ita ad hunc usque diem in nullo discrimine me reliquit humanissimus, studiorum et Studiosorum acerrimus et alacer promotor, Juynboll, quem amicum potius quam benefactorem expertus sum. Si quid igitur boni in opere meo in lucem profertur, non mihi soli id tribuatur, sed et ejus indefesso studio et patrocinio, quo omnia curari et exsequi jussit, quae ad id perficiendum et excolendum exoptarem, animumque meum, pressum interdum studiisque defatigatum, erexit et firmavit. Neque exiguum auxilium mihi praestitit doct. P. de Jong, inde ab A. 1856 cl. *Kuenenii* successor, qui in speciminibus typographicis corrigendis meâ vice egregie functus est, et ubi de excerptis meis dubitabam, semper erat paratus ad ipsos Codices conferendos et genuinam lectionem restituendam.

Patientiâ tuâ, Lector benevole, abuti nolim longâ narratione casuum et causarum, quibus Libri editio in medium fere tempus, quod Horatius premendis libris praescripsit, protracta est. Leidâ enim reversus prima animadverti indicia morbi, qui Anno 1855 me, in mediis laboribus occupatissimum, Oxonium relinquere coegit, ita ut Codices nonnulli Bodleiani, qui in usum hujus Catalogi speciatim inquirere mihi proposueram, intacti remanserint. Neque mireris, in perquirendis Libris et Manuscriptis, et in arte criticâ religiose exercendâ, animum simul et corpus tandem frangi; est nimirum haec ars veluti cultus horti, cujus flores jam exarescunt in manibus *legentis*, spinarum acu saepe laesis. Sub finem igitur A. 1855 (quo in-

eunte Catalogus Bodl. ad Mos. Maimonidem usque excusus erat) hunc Catalogum elaborare incepi, et absolutis praeparationibus typographicis, specimen editionis mihi mittebatur. Duo Opera de Literaturâ Karaiticâ Odessae et Wilnae tunc quidem proelo parari annunciabatur [1]), quae consulere quam maxime gestiebam, sed animadvertente Juynboll[io], agnovi rem me non diutius differre posse, quod me fecisse nunc etiam laetor, quia ad hunc usque diem neuter eorum Librorum lucem vidit. Tertiâ ergo parte Catalogi fere finitâ, mense Augusto A. 1856 prima folia Leydam misi, tunc vero difficultates nonnullae typographicae impediebant, quominus editio procederet; ita ut nonnisi ineunte A. 1857 ea incepta et sine ullâ fere intermissione ad finem perducta sit. Clausulâ itaque scribarum antiquâ utor: ב׳נ׳ל׳כ׳ע׳א׳׳ (Jes. 40, 29).

Perbrevîs sit mea captatio benevolentiae lectoris (quâ colophon imponere solent praefatores), quia una eademque errorum causa est primaria, natura humana; vel, ut sancto utor verbo: »Nullus est homo qui bonum faciat et non peccet" (Koh. 7, 20, 1 Reg. 8, 46). Ipse vero mihi conscius sum, cogitata me non inconsulto aut festinantius scripsisse, ac verum nullibi ob causam a scientiâ alienam detorsisse et pervertisse, neque meam opinionem, auctoritate virorum qui doctorum famâ gaudent, deterritum, suppressisse. Me ipsum in dies de nonnullis melius edoctum esse, nemo dubitabit; *Additamenta* vero non adjeci, quia in hujusmodi rebus fines non facile constitui possunt, *Corrigenda*, ubi potui, locis posterioribus idoneis ipsius hujus Catalogi, vel Catalogi Bodleiani, inserui. Paucos qui mihi, librum fortuito evolventi, in oculos cadebant, errores graviores et typographicos ad calcem hujus praefationis emendabo.

Ac jam votum binum nuncupans dicendi finem facio, nempe

---

[1]) Vid. *Jew. Lit.* p. 309. Alterum, auctore *Pinsker* subsidiis partim Academiae Petropolit. nunc tandem editum iri modo intellexi.

ut Catalogus in manus veniat eorum, qui scientiam colunt »coelestem", et aliquam inde utilitatem percipiant, neque incidat in manus profani vulgi, eorum nimirum, quibus Libri Literaeque hodie sunt merx proba et esculenta, quam sub hastâ venditant, quibus sapientia est, ut Rabbini dicunt (Abot »IV, 10): corona ad gloriandum vel ascia ad effodiendum!"

Tua vero, a quo omnia incipiunt, et quo omnia ad finem perducuntur, »laus tua est silentium!" (Ps. 68, 3).

Scripsi, iter Oxonium parans, Berolini exeunte mense Majo A. 1858.

EMENDANDA *).

Pag. VI. not. 2 pro »XI” leg. XIX.
» 9. lin. ult. f. 632 leg. 63.
» 11. » 10 a fine, post: »librarius”, adde: *Cod[i] prototyp*
» 12. » 11 a f. ומשא leg. תושא?
» 14. » 3 a f. הסתרה corrupt. ex המקרא.
» 19. » 18: Vult, leg. *Addit.*
» 21. יחואן leg. חיואן.
» 25. lin. 7 a f. adde: *Munk*, Notice sur Aboulw. p. 61.
» 49. » 9 a f. locus jam excerptus est a *Mardochai* p. 139.
» 52. » 1, v. ad Cod. 58 p. 264 n. 2.
» 52. n. 2. leg. *Catal. p.* 981, *cf. p.* 79.

*) Plura in *carminibus* e metro emendanda esse mihi observavit cl. *Geigerus*, qui, quae tunc excusa erant, perlustravit, cum Vratislaviae essem mense Oct. A. 1857. Sed hujusmodi emendationes conjecturatas ad Editoris, non Catalogi Auctoris, provinciam pertinere puto; ea saltem, quae omnino corrupta sunt, emendare conatus sum. — Scripsi *Oxonii* mense Augusto 1858.

Pag. 54. lin. 7 a f. leg. *altero mystico de literis agente*, altero ubi loci.

» 58. n. 1. lin. pen. מהנוצרים leg. מאחד הנוצרים, et in lin. seq. leg. נצורים.

» 63. n. 1. Jewisch leg. Jewish.

» 74. lin. ult. הנסש leg. הנפש.

» 75. » 13 שהוא alterum delendum est.

» 83. » 12 pro capp. 6 leg. *tractt.*, v. p. 222.

» 86. » 5 a f. לבאו l. לבאר

» 92. op. 8 idem videtur opusculum atque in Cod. *Paris.* laudato p. 99.

» 96. op. 16 חמרכבה leg. המרכבה.

» 103. lin. 5 a f. והמכיל leg. והמשכיל.

» 104. n. 1 v. *Append.* p. 387.

» 105. lin. 11 : A. 1385, in Cod. *Saraval* solo, quantum scio, legitur: 1383.

» 118. « 11 : . . . אחרי desideratur in Cod. nostro.

» 118. » 4 a f. post 1 . 2 , 3 adde: *et de* הגרות.

» 119. » 4 a f. . . . עיל leg. בתולים . הוא . . . . עין.

» 119. n. 1, vid. f. 181 n. 2.

» 125. lin. 17 נתפלפלו leg. נתפלפלו.

» 126. » 5 a f. Cod. 47 leg. 41.

» 133. « 17 vid. p. 289 n. 1.

» 141. « 8 שקילים leg. שקולים.

» 146. » 13 A. 1321 leg. 1359 (cf. *Hebr. Bibliogr.* p. 19 n. 3.)

» 158. » ult. p. 32 leg. p. 82 ; vid. p. 252.

» 160. » 9 a f. 1362, leg. 1326 et dele vocem «Eodem" lin. 4 a f..

Pag. 161. n. 2 lin. 2 Sarachja leg. *Serachja.*

» 165. n. 2 (cf. praef. p. IX in nota). Ante oculos mihi est exempl. Bodleianum utrumque Catalogi *Trigland.*, cujus Appendix specialis inscribitur: *Biblioth. Triglandianae libri hebr. aliique orientales cum Typis expressi tum MSS.*, scil. p. 1-26 (p. 27-9 accedunt »libri prohibiti"), ubi libri secundum formam triplicem enumerantur, p. 22 recensentur MSS. Exempl. alterum *pretia* ut videtur venditionis manu adscripta exhibet, sed sub Cod. Qu. I (p. 24) et L loco pretii legitur: *Ex Bibliotheca Leydensi*, unde maxime suspicor Triglandium ipsum nunquam hos Codd. possedisse, quos ipsissimos nostros 41 et 52 esse puto!

» 192. lin. 5 Cod. W. 32 leg. 52.

» 200. » 2, vid. *Append.* XVI p. 403.

» 211. » 4 post Elia dele comma.

» 226. De nomine רכיצי seu רביצי vid. Indicem possessorum p. 420.

» 238. n. 1 אסרר leg. אסור.

» 240. » 1, vid. supra p. 181.

» 267 in fine, locum emendatum legas in editione meâ (laudatâ supra p. XVI) f. 36 v.

» 340. n. 1 cf. p. 374.

» 342. lin. penult. et p. 344 lin. ult. *Huraltii*, leg. *Huraultii*, ut ubique praeterea.

» 350. Cod. 10 op. 1. Hujus particulae (usque ad p. 352) 10 exempll. seorsim simul edidi c. t. »*Operis Italici auctore Mose di Gaggio cet. Cod. unicus cet.*" ubi per errorem nota ad Cod. praeced. pertinens excusa est; eadem ibidem corrigenda sunt, scil.: p. 351 (ibid. p. 4) lin. 12 leg. *Epiù* (; — l. 8 a f. leg. *filosofia;* —

n. 1 leg. Litbl. IX; — n. 2 cf. notata in libello period. *Hebr. Bibliogr.* p. 81 n. 231; — p. 353 l. 9 a f. leg. (*officj*).

Pag: 367 in fine notae 1, notae diversae in adversariis meis confusae sunt. In libro novem Judices (p. 110 N. 1140 Catal. Asher laudati, qui numerum LXI fert) non Gaphar sed *Zergis* occurrit; at Gaphar, de mutatione temporis, annexum est libri *Alkindi*, de pluviis Ven. 1507 (v. Catal. laud. p. 102 N. 1322).

» 408. col. 1 lin. 1 pro S. 2, ^{6}. leg. S. 2, ^{5}.

Warn. 1.

[Cod. chart. 4°; ff. 248, charact. nitidissimo (v. Specimen). Loci Chald. ex Esra etc. punctis vocalium instructi sunt.

Eum a patre hereditate acceperunt *Salomo* (?) *Pozzi* et *Moses Mizurudi*, posterior vero solus evasisse videtur possessor; f. 248 b enim, ubi legitur: את הספר שלנו שלמה (?) פצי ומשה מצרורי שלקחנו מאבינו ירושה, verba שלנו שלמה פצי inducta sunt. Nomen suum f. 1 ante praef. et f. 247 b inscripsit possessor *Josef Maroli* (מרולי), forsan b. Moses ap. א"צ 21 b. [1]). Loci nonnulli unaquaque fere pagina indicati sunt, ut puto, a *Warnero*. Exaratus est Cod. spatio 6 annorum a nepote (non filio, ut א"צ l. c.) auctoris, Jehuda b. Elia Tishbi (תשבי) b. Abraham (auctor.), cujus notae prolixiores vel breviores variis leguntur locis; ut f. 77 v. in fine Pentat., ubi datur feria V. 26. Kislew 5271 (ואחר, in chronost. אני צאני ארעה lit. ה millia denotat) sub Bajazet „urbe alba" (פה בעיר לבן ממלכת מלכנו), fortasse Alba Graeca (Belgrad); f. 106 in fine Regum: fer. IV hebdomadis mense Schebat (dies non indicatur) 5271 (ארעה), f. 157 (Malachi) et f. 162 (Psalm.). Ad calc. f. 247 v. se opus avi ad finem perduxisse dicit fer. VI. 10. Elul 5278 (1518) sub Selim extra urbem in aedibus judicum juxta mare et coemeteria propter pestilentiam: ברוך ה' שעזרני והשלמתי הספר הזה והוא פירוש לכל הארבע ועשרים שחברו זקני החכם הר' אברהם בהחר' יהודה בהחר' אברהם יעמ"ש אחר עיון דק ושקידה רבה מאד להיותו נק' למלמדים ללמד התלמידים בלי

---

[1]) Moses מרולי (פוצי) פצי vixit A. 1582, v. W[1·3] n. 1627, et pater Mosis nostri est Iehuda מרולי, v. ad Codd. W. 52 et 54.

שום טורח וצער · כי קבצו כל הפירושים והעניינים ודקדוקם אשר היו מפוזרים ומפורדים לדרכם ועשאם קובץ אחד והיו לבשר אחד ולעצם מיוחד · ושם מפרשו זכר לכל ענין ולקצת מהבנין לבל יחשדוהו אנשי העיר · הרב והצעיר לאמר כי גנוב הוא אתו ··· ולכן כראותי אני יהודה נינו בכר' אליאו תשבי בנו איך זה הפירוש הוא יחיד לו ואין שני אמרתי עת לעשות ליוי ·· ולא אמנע עד שאכתוב הפי' ·· להיות חבר לו וריע ··· כאמור טובים השנים מן האחד ··· והשלמתיו היום יום ששי לשבוע בעשרה לחרש אלול בשנת חמשת אלפים ושמנה ושבעים ליצירה רעלמא בממשלת מלכנו הארון שלטן שלים י״ל והשלמתיו פה חוץ מהעיר ר״ל בבתי הריינים שהיינו יושבים מסבת הדבר אשר היה בעיר ··· ולכן אנחנו דרים פה בבתי הריינים על הים ובגגי בתי החיים ודכים (sic) · והשם למען רחמיו יצילנו מזו המגפת וכו׳

W[3] p. 36 (et hinc *De Rossi*, Wb. p. 24) perperam A. 5287 (1527) ponit, atque epigr. miro errore ipsi tribuit libri auctori].

יסוד מקרא *Fundamentum lectionis* (i. e. S. Scripturae), Comm. in Biblia, auctore Karaeo ABRAHAM B. JEHUDA B. ABRAHAM. Forsan Noster homonymus est qui Cod. MS. *Mich.* 71 possidebat A. 1438—49; sed vix fuerit medicus, auctor compendii [ex Is. Israeli] de Urina in Cod. *Vindob.* CLIX ap. Deutsch, p. 168 (cf. *Catal.* meum p. 1121), ut suspicatur *W*[1] p. 59 n. 82 (= 44?), qui Nostrum facit medicum Constantin. A. 1520—30 duplici ut puto errore; in נובלות חכמה f. 56 enim Abr. medicus praecedit, qui est *Abraham b. Jakob Chassan* (A. 1488).

Orditur opus a carmine duplici; primum, incipiens אפתחה במשל פי אבישה חידה מני קדם אמורה, Dei sapientiam laudat, alterum, incipiens אמנם אני אדרוש לאל נורא, ejus auxilium implorat ad componendum opus, quod (אברהם בן מר יהודה ז״ל) יסוד מקרא nuncupaverit, quia omnia fundamenta fidei ejus expositionibus comprehendantur (כי כל יסודי האמונה בם). Sequitur praefatiuncula, cujus initium legas apud *W*[3] l. c., ubi post ונשבר 2 verba מלגיו ומלבר (i. e. interne et externe) per וכו׳ expressa sunt. Fatetur auctor, se omnem operam dedisse, ut in unum conferat locum ea, quae a praestantissimis interpretibus Pentateuchi et »verborum Prophetarum” (quibus Hagiogr. includuntur) prolata sint, ad percipiendum sensum genuinum expositione literali

seu grammaticali (של דרך עניני המלות והקדוקם כפי פשוטי הכתובים וכפי הקם, quod in carmine 2 ita exprimit: ברצות לפרש נא בביאור זה אמרי דברי תורה והמקרא ואשית והתחלה בענינים גם לערוך דקדוק להישרה). — Ipse Comm. in Genes. incipiens (f. 1 v.) בראשית ברא אלהים אמר החכם רבנו אהרן ז"ל כי מלת בראשית בשקל שארית, desinit in Esra (f. 247v.): אמנם ר' יונה כתב בשר הקרבן בתוספת הקוף ורפיות הבית וכבר משיבו ר' דוד בספר מכלול תשובה נצחת ואין צריך להאריך בזה. — Libri singuli, qui in lectoris gratiam in marg. superiore ab ipso scriba notati sunt, (desideratur vero maxime numerus capp., exceptis Psalmis, quibus adjectus quoque Index f. 198v.), disticho vel tetrasticho disjunguntur, quo scriba, vel potius auctor, Deo pro finito libro gratias agit, passim ejus ad componendum alterum implorat auxilium. Pericopae Pentateuchi carmine clauduntur acrosticho (אני אברהם seu אברהם חזק), argumentum vel pericopes inscriptionem spectante. In fine pericopes Iethro (f. 35) tria leguntur carmina, quorum 1 et 2 nuncupantur הקמה (= وقوف?) *in Decalogum.* In priore ad mysterium decadis (רמיזתו לסוד מספר יעורר) alluditur, in posteriore praecepta singula ad 10 sphaeras eorumque stellas referuntur. Ordo Hagiogr. est: Chron., Psalm., Job., Prov., Ruth, Cant., Eccles., Thren., מגלת אחשורוש, Dan., Esra. Postremorum duorum versiculi *Chald.* singuli integri hebraice versi sunt, ut initio lib. Dan. (f. 236): לעלם תחיה [תחיה] אמור החלום לעבדיך. והפתרון נגיד [cum *Leusdenii* Versione (de qua v. *Catal.* meum p. 1606) nostram conferre neglexi]. Versiculorum hebr. Comm. unam duntaxat implet paginam in Dan. (f. 243 v.), 1½ in Esr. (f. 247 r.—v.); generatim enim Comm. est concisus (in pericop. מצורע f. 46 mediâ absolvitur pagina), grammaticus potissimum, passim philosophicus. Locos *polemicos*, apud Karaeos frequentissimos, nullos, Codicem cursim perlustrans, offendi, imo ne nomina quidem sectarum adversariarum [1]). Inter au-

[1]) Re vera tempore auctoris Nostri et in regione, qua vivebat, sedatae erant quodammodo inimicitiae et lites; cf. ad Cod. 30, [3].

ctores nominatim citatos, quibus Noster non abundat (Karaei sunt Ahron, Jefet et Jeschua) frequentissimus est ר׳ אברהם ז״ל i. e. Ibn Esra. Praeterea offenduntur Rabbanitae: ר׳ דוד קמחי ר׳ יוסף קמחי, ר׳ יונה המדקדק ז״ל (f. 112 in Jes.), seu ר׳ יונה (f. 2 b). Inter citationes generales, ut חכמי פילוסופים, יש מפרשים התבונה cet., tritissima formula »sapientum" (החכמים), locis non paucis obvia, ut apud Rabbinitas, veteres doctores *Talmudis* seu *Midrash* (cf. דורשים החכמים de morte Mosis et Ahronis per נשיקה in Comm. in Cant., et ובעלי הדרש אמרו שהשיתו במים ורגם ית׳ במים f. 6, cf. Ahron b. Elia עץ p. 166 lin. 10 a fine) spectat, e. g. וכן אמרו החכמים כל מעשה בראשית בקומתן נבראו ואת מורה וכן אמרו בעבור שלמות הפועל כי בראם מאפס תגמור והבינהו (f. 2 v.) — אמרו החכמים כל החכמים שבינה במשיב (f. 8 init. pericop. לך לך) — הכתובים קדש ושיר השירים קדש קדשים שכלו יראת שמים וקבול של מלכות ואהבתו (f. 222). Etiam (לכן אמרו החכמים כי תנהכם וכו׳) sententia de libro Proverb. a viro (באמצעות ימיו בטוב טעמו) Salomone composito (f. 213), nullo laudato auctore ad eundem pertinet fontem [1], cui tamen opposita est Nostri de Cantico a Salomone *sene* (בתכלית ימיו) composito opinio, quam libro praemittit et paullo post repetit nomine »sapientum"; huncque librum »totum speculativum" (שכלי כלו) dicit Noster et de conjunctione inter emanantem [Deum] et emanatam [animam] exponit: [2]) בתכלת ירצה ישקני להורות בענין הדבוק שיש בין המשפיע והמושפע בזמן שיתבודדו שניהם

---

[1]) Cf. Comm. in Canticum in Cod. Uri 168 [quem *Saadia*num suspicor, v. Catal. p. 2188] f. 2: וקיל אנה אול כתיה [כתבה] פי חין אלשבאב ואנתמאע אלעקל וקוה אלחזם ובעדה משלי וענד אלהרם כתאב אלוחד והו קהלת., Kohelet nuncupatur quoque כתאב אלזהד in Comm. Arab. *Tanchumi*, Cod. Uri 83 f. 56 v.

[2]) Primum, qui Canticum de conjunctione inter intelligentiam activam (العقل الفاعل) et animum exposuerit, sese praedicat celeber *postea* discipulus Maimonidis *Josef Ibn Aknin* (ante A. 1185), quem alii dein secuti sunt interpretes allegorici; vidd. quae scripsi in ERSCHII Encykl. II, vol. 31 p. 54.

יתר כלומר בעת שתתעסק הנפש בחכמת התורה הקדושה ··· כי כבר המונע המבדיל בין השופע לנשפעת הוא החומר החשוך אשר הוא מתבטל בימי הזקנה וכו׳. Inter locos qui simul discrepantis exegeseos et doctrinae Karaiticae (a Rabbinis nonnullis hodiernis non siue studio et amore perquisitae) specimina ostendunt, unum exhibebimus exemplum notatu dignum (ad Prov. XIV, 34 f. 216): וחסד לאומים חטאת י״ל [ירצה לומר] אם יתן אדם מישראל צדקה לאומה אחרת היא חטאת כי הצדקה ראויה ליתנה לאיש עמיתו אמנם לאומה אחרת אם יתנה הוא חטאת ואשם ויש [וישמפרשים] אותו וחסד של אומים חטאת כלומר שיקח ישראלי מאומה אחרת צדקה כי אפשר בעת לקחו ממנו הצדקה שישבחנו או לו או באמונתו ולכן הוא עון ופשע שיקבל ממנו הצדקה; quibuscum compara, quae de »*gentilibus*" Talmudis insidiator *Eisenmenger* (II, 616 sq.) ex auctoribus recentioribus affert, omissis exemplis Biblicis et aliis *ipsi* minus convenientibus, quae jam ex fontibus collegit Simon Darshan (Jalkut §. 952). Vocem צדקה in textu Biblico praecedentem Karaeus quoque sensu interpretatur recentiore (ut Arab. صدقة opp. زكوة, v. *Jüd. Lit.* p. 383). Jam hic, ut alibi, theoria auctorum nonnullorum rigida a praxi negatur.

WARN. 2.

[Cod. chart. fol., ff. 183, charact. Karait. Hisp. (v. Specimen), A. 1582 exaratus, sec. epigr.: השם יזכנו להעתיק ספרים ··· הנעתק שנת וקנמון בשׂם לפרט הקטן. Initio nomen suum inscripsit possessor *Gur*... [Jehuda?] b. *Menachem* רביצי. Locos indicavit *Warnerus*].

[מבחר *Selectus*] Commentarius in Pentateuchum auctore Karaeo AHRON B. JOSEF (medico Constantinop.) compositus A. 1294, ut apparet ex carmine praemisso, incipiente בני אל חי בני אבות ברורים, ubi ומחשב אהרן הרל נתנו בנו יוסף שנת הנ״ר ספורים, et post finem (sine commate in hoc Cod.) ברוך שהורנו נפלאות מתורתו ראשית התורה בי״ת ותכליתה למ״ד סימן לא עשה כן לכל גוי ומשפטים בל ידעום ל״ב נתיבות החכמת בשנת הר״ן (!) סימן דן ידין עמו, ubi leg. הר״ן. Opus sub tit. a

nobis suppleto excusum, in nostris regionibus rarum (de quo, ut de auctore v. citata in *Catal.* meo p. 721 N. 4358), neque cum Cod. (laudato a *W*³ p. 74) comparare potui, neque nunc ad manus habeo. Cod. MS. olim possedit celeberrimus *Asarja de Rossi* (cf. *Zunz*, Ker. Chem. V, 138), qui eum frequenter, sed exsecrationibus hoc viro minime dignis (fortasse non ex animi sententia prolatis) ad partes vocat in opusculo, modo Londini edito מצרף לכסף.

WARN. 3.

[Cod. splendidus bombyc. fol., ff. 435, charact. nitidissimo Hispan. (v. Specim.), verbis textûs a Comm. separatis, cum multis tamen lacunis in ipso opere. Loci indicati sunt a *Warnero*.]

Commentarii seu *Expositionum in Pentat.* fragm., scil. in Exod. et Levit., quorum tamen initium (אלה לפי שהזכיר למעלה בני יוסף מנשה ואפרים) et finis (in Levit. XXVII, 14) mutila sunt (cf. *W*³ p. 534). Auctor fertur JEFET HA-LEVI, Karaeus celeberrimus Saec. X. med. (de quo v. *W*¹·³ n. 1129 et ¹·³ n. 1482; *De Rossi*, Wb. p. 137, *Geiger*, Melo Chofn. p. 77 et Zeitschr. V, 271, 276, 278; *Munk* ap. Jost, Isr. Annalen 1841 p. 76, 83, 93 et ad Tanchum p. 104 et nuperrime in Notice sur Aboulw. p. 16 separatim edita ex Journ. Asiat. 1850 T. XV p. 247 [1]), *Delitzsch* ad Ahron b. Elia p. 314 et III; *Dukes*, Beiträge etc. p. 28; *Rapoport* ap. Busch, Jahrbuch III, 259; *Pinsker*, Litbl. XII, 740; v. de quibus ad Cod. *W* 12 et *Opp.* 255 fol. [*W*¹ n. 1570] disseremus). Jefet scriptorem fuisse, improbat Munk, l. c., qui opus nostrum ex hujus Comm. *Arabico* aliisque adhibitis auctoribus concinnatum censet (cf. infra ad Cod. 12), ac jure,

---

[1]) Munk nomen exprimit plenum »*Abu Ali* Hassan *ben Ali* al-Baçri," sed nominis Hassan (حسن = יפת ac si a יפה derivandum esset) comitem vel Abu vel Ibn Ali puto; cf. *Jüd. Lit.* §. 21 n. 30.

ut ex indole cursim describenda apparebit, ne dicam de loco (f. 446) ubi diserte regni Edom. (Christiani) A. 1000 [scil. pro 990], Ismaelitici 380 laudatur [1]): ואמר תרשו חורשים הוא ד׳ מלכיות בבל וכשדים ומדי פרס ויון ומקדון וישמעאל ואדום · ואמר האריכו למעניתם כי האריכו ישראל בעבודתם שנים הרבה ממלכות למלכות· כי נבוכדנצר מלך שבעים שנה ופרסיים נ״ח ואחריהם יונים אשר קמו ארומיים מהם · ועליהם אמר אכלה מדקה ושארה ברגלה רפסה · ומולכים עד עתה אלף שנים לכן אמר האריכו למעניתם · ומלכות ישמעאל מלכה עד עתה ש״פ ואנחנו תחת ידיהם כמו הבהמות אשר יחרשו והוא [והיא] מתעטפת בעני עד שיקים מה · שאמר ה׳ צדיק קצץ עבות רשעים ··· הושלם ענין הברכות אשר תם ז׳ ז׳. Expositio nostra non modo, ut omnes Hebraeorum Commentarii, secundum pericopas (פרשה) divisa et inscripta est, sed sectionibus, quae Conciones seu *Homiliae* dici potuerint, constat, usui liturgico adaptatis [2]). Cuique enim sectioni praemittitur contemplatio seu dissertatio generalis, vel *exordium*, in textus Psalm. et Proph., ubi ars Rhetorica non prorsus desideratur. Non ubique id פתיחה inscribitur, ut פתיחת (sic) רפרשת ואלה המשפטים, quod unam implet paginam, et sic incipit יתי׳ שמו שהוא עושה נפלאות ליודעי בינה ומתחלתה הזהיר לאדם הראשון וכו׳; ad peric. תצוה (f. 160) homilia praemittitur in textum הנה מה טוב ומה נעים שבת וכו׳ (Ps. 133, 1), ut et alibi in Psalmos nonnullos; alibi homiletica illa condimenta breviter tantum indicantur, ut f. 226: פתיחת צו את אהרן תאמר שבח ומזמור יענך ה׳ ביום צרה [eundem praemittit Psalmum Jakob b. Reuben in Cod. *W.* 8]; in fine peric. מצורע (f. 286 v.): ותפתור המזמור יוי׳ אל באפך תוכ׳ וענין·לכו נא ונוכחה יאמר ה; pericop. אחרי מות mox incipit המזמור לזאת הפרשה הוא ברכי נפשי ·· וענין הנבואה מחיתי כעב. In fine lib. Exod. (f. 196) adjicitur supplementum: זה ביאור לשלשת ארבעים שנה שצם משה, proprie de consecutione legum (אלה החקים והמשפטים והתורות) comprehensarum locis libri utriusque Exod. et Levit., prout et alibi saepius et

---

1) Cf. locum similem ex *Jefet b. Zair* excerptum a *Pinsker*, l. c. ubi vero numeri corrupti videntur.

2) Cf. *Zunz*, die Gottesd. Vortr. p. 426.

prolixius de connexione et consecutione argumentorum in textu disserit, provocans f. 318 ad *Abu Jaakub* (ואמר אבו יעקב [1] נסמך) א[!]התפרשה). Ipsi Commentario inseruntur dissertatiunculae seu observationes formâ quaestionis et responsi (תשובה, חשאלה). Voces singulae passim *Graecis*, rarius *Arabicis* (בלי ישמעאל f. 152 b) vocibus exponuntur, cujus specimen, ceterum quoque notabile f. 231: ד״א תפני לשון מבריח בלי ישמעאל תופעיא כמו קרמידין. — Auctores nominatim citatos Codicem cursim evolvens paucos offendi et minus frequentes, frequentius occurrit (המלמד) אבו סרי (ut f. 123, 212, 223 v., 224 v., 231); inter Karaeos laudantur praeterea e. g. מן פתרון אדוננו הנשיא דוד בן בועז (f. 21 v., cf. ad Cod. 52, [13]), יוסף (f. 240) forsan idem ac אבו יעקב, de quo supra, nimirum Josef b. Jakob (v. ad Cod. W. 41); inter Rabbin. unum vidi סעדיה הפיומי (f. 126, 142 v., 343: ואמר פיומי כי אני מקיש בכל דבר ומצאנו י״ח דברים מבוארים בתורה; cf. Hedessi, Alphab. 174; cf. *Catal.* p. 2163); generatim laudantur חכמי הפותרים (f. 148), הראשונים (f. 410) oppositi Rabbinis (f. 116): ויתיצבו בתחתית ההר לא כמו שאמרו הראשונים אלא כמו שאמרו הרבנים כי י״ב מילין נרתע לאחור. Si auctoris sententias criticas attendis, notatu dignus est locus, ubi »scriptor in Deuteronomio" nonnulla in compendium redegisse fertur: ויאמר משה אל תיראו זה הדבר קיצר אותו הסופר במשנה תורה (f. 116). Locum artem poeticam spectantem in אז ישיר (Exod. XV) edidit *Dukes*, Litbl. IV, 519. Cum Cod. nostro (quem *Geiger*, Ztschr. V. 276, 318 etc. tamquam genuinum citat, cf. *Catal.* p. 2197) sine dubio congruit Cod. Krim. 15, qui ex Arab. »in usum nostrum" versus esse dicitur et unicus supponitur, idem Comm., qui Arabice in Biblia omnia Hierosol. exstare fertur. Quibus argumentis motus *Jellinek* (Monatschr. II, 246) Nostri dixerit Codd. Arabicos Tischendorfii, re vera anonymos, ne verbo quidem innuit!

---

[1]) Notissima est vox apud Rabbinos technica סמיכות, derivata a formula ... למה נסמך, qua in Talmud et Midrash ratio consecutionis exponitur.

Warn. 4.

[Cod. bombyc. fol., ff. 119, charact. Hisp. (v. Specim.); in possessorum inscriptis nominibus est *Chanukka* (חנוכה) *b. Menachem*, נ"ע, cujus filius forsan *Menachem b. Chanukka* (f. 72), et *Sacharja* מחלי].

Comment. in Proph. priores [editus s. t. מבחר ישרים *Delectus proborum*] et in *Jesaiam* f. 34 v., incipiens עיקר הנבואה ושרשיה, desinens f. 72 v. לא יבא עוד שמשך כנהג השמש והירח. Deinde פירוש תהלות *Comm. in Psalmos*, sed imperfectus (desinens f. 119 v. in Ps. LXXI [cf. *W³* p. 75] כ"ל גו"ים שהם ברשותו ומבואר בזמן ·· כי הגוי והממלכה אשר לא יעברוך יאבדו), auctore Karaeo Ahron b. Josef, qui in brevi postremi Psalmi Introductione, incipiente אחרי אשר נשמת האדם נקראת צלם אלהים צריכה היא שתדבק, septem (שבעה) obvia esse observat auctorum nomina, nempe Mosen, איש האלהים, Davidem, Salomonem, Asafum, Hemanem, Jedutunum, se vero existimare, ait, totum Psalmorum librum a Davide per spiritum sanctum (ברו"הק) fuisse compositum. Comm. in Ps. I incip. f. 77: אשרי מלה זו אינה נזכרת כי אם במין האדם.

Warn. 5.

[Cod. bombyc. fol., ff. 80, charact. medio pulcherrimo et distinctissimo Hispan. (v. Specim.), exaratus ab Anonymo Constantinopoli A. 1575 jussu juvenis *Eliae b. Salomo* et fratris ejus *Baruch* secundum epigr. f. 42 v.:

אל הסופר תן מנוח   רבו צריו מני ארבה
אל נותן ליעף כח   ולאין עתים עצמה ירבה
השלמתי אלו העריות לבחור נחמד ·· אליהו בכ"ר שלמה יצ"ו כאשר צוני הוא ואחיו ר' ברוך יצ"ו ··· יום ה' ז' לאדר שנת השל"ה ליצירה פה קושטנד' העירה.]

1) בראשית רבה, auctore Karaeo Jeshua, ut in Cod. 41 f. 632 v.

2) (f. 35) אגרת, auctore Karaeo SALOMO NASI cum epithetis in fine, ut in Cod. 52 f. 99 v.

3) (f. 41) Carmen diaeteticum, quod Arabice appellatur ארגוזה (i. e. ارجوزة) [1] secundum inscriptionem: ואת הארגוזה שמה בלשון ערב כן והיא בענין כל הרפואות שאם יעשה אותן האדם יחי' ברם, incip. שמע מני רפואת גויה, desinit כמספרם לשמות הספורות. Est ergo notissimum, manu saepe descriptum, et semel atque iterum typis exaratum, et a verbis initialibus nuncupatum carmen רפואת גויה *Medicina corporis*, auctore JEHUDA CHARISI, de quo vide *Catal.* meum p. 1315 op. 18 et Zeitschr. der d. m. Gesellsch. IX, 842. *W*[2] p. 1177 n. 66 male nostrum combinat cum Cod. Vindob., de quo v. ad Cod. *Scal.* 2.

4) ספר עריות שחבר פלפלא חריפא החי' הכולל כהר' משה בשייצי נ"ע שנקטף בלא יומו ועתו »Lib. *de consanguineitatis gradibus prohibitis* auctore sagacissimo cet. MOSE BASHIATSHI [2]) [B. ELIA B. MOSES B. ELIA], qui decerptus est ante diem et tempus suum;" A. 1572, 26. Ijjar nimirum, anno 18 aetatis peracto, auctor 275 (?!) operum (sec. Mard. b. Nisan ap. *W*[1] n. 1519, ex quo *De Rossi*, Wb. p. 58). Inscriptionem hanc sequitur alia triplex, scilicet מטה אלהים *Baculus Dei*, et paullo inferius ad dextram ספר יהודה *Lib. Jehuda*, ad sinistram הלכות עריות. Statim sequitur introductio rhetorica, non ubique expedita et fluens, sic incipiens: אמר משה בן אליה בשייצי יצ"ו החולך בין

---

[1]) I. e. carmen ad normam Metri الرَّجَز compositum. Ita quoque carmen, quod Hai Gaon tribuitur (Cod. *W.* 21, [6]), inscribitur in Cod. *Mich.* 16 sec. emendationem meam in Registro p. 326 (non in ipso Cod., ut Dukes Litbl. XI, 505); cf. quoque הלכות שחיטה מרגזות, auctore *Elia b. Isak* (ap. Uri 126 f. 161 v. omisso). Cf. *Catal.* p. 2161.

[2]) Nomen hoc nondum satis explicatum est. Fortasse a »*Byzantinus*" derivandum est, ut conjeci in *Catal.* meo p. 927 N. 4943, ubi, ut soleo, vulgarem secutus sum scriptionem: *Beschitzi*, quam reprobat Jod duplex.

העומדים, כמלקט שבלים אחרי הקוצרים, וכמאסף עוללות אחרי הבוצרים; ibique opus hoc diserte »pars" dicitur »*Jehuda*" nuncupata: ובחיות שאינו שקודים (?) כעת בענין העריות אשר הם פרישות ובחיות שהם יחוד והפרשה קראתי זה החלק שהוא סדר נשים יהודה,; ergo עריות potius est argumentum, et מטה אלהים titulus totius operis gravissimi, de dissensione inter Karaeos et Rabbanitas cet. tractantis, (unde corrig. *De Rossi* l. c., qui verba *Wfii* in T. I et III p. 750 minus accurata, male in concordiam redigere conatus est), quod opus forsitan ab auctore omnino non absolutum fuerit? *Mardochai* p. 126 unico se usum fuisse fatetur Codice imperfecto in regno Poloniae, integrum vero in Litthuania exstare se audivisse testatur. Conditionem non cognovi Codicis sive *Paris.* a. f. 61 (citati a *Munk*, in Isr. Annal. III, 93 et Notice sur Aboulw. p. 6. 11); sive illius, quem possidet *Geiger.*

Tractatus nostri quidem fragmentum tantum exhibet Codex noster, scil. Cap. I: בידיעת דרכי האסור בענין העריות (incip. רע שכבר אמרי חכמים), II (f. 47 v.) de graduum nominibus: שקרים, פרחים, ענפים, dein (f. 49 b., Cap. III sec. *W.* l. c.) de praecipuis de materiâ inter auctores dissensionibus, et quidem primum de Rabbanitis (בעלי הקבלה), qui statuunt: אין מקילין בעריות. Testes sub examen vocantur: רשי, פסיקתא, ר׳יצחק בר אבא, ספר מצות גדול, postea אבן עזרא. Tractatus, ut librarius addit, non ad finem perducti ultima sunt verba: וכן שתף את שניהם כאחת בפרשת קדושים באמ׳ וערות אחות אמך ואחות אביך לא תגלה כי שארו הערה · ע״כ מצאתי.

De superioribus auctoribus Kar. nostri ducibus, quibus se ditissimum praedicat, apponam locum ex introductione (f. 43 b.): לכן אשים פעמי רעיוני בין ההרים הררי אל הרמים והנשואים אדוננו הנשיא הגדול חלי פנינו ותלינו וקשתינו רב סעדיה הנשיא ז״ל ותלמידו הרב הגדול המאיר אפלתינו אדונינו ר׳ יוסף בן אברהם הרואה ותלמידו הרב רבינו ישועה והרב רבי׳ אהרן בן יוסף והרב רבינו אהרן בן אליהו זצ״ל ואל מקום אשר היה שמה הרוח רוח אלהין קדישין

ללכת נלך וכאשר ישו רוכם גם אנכי הצעיר אפסוק הלכה כמותם ׳ ואם נצטרך להכריע ליותר נכון בעיני אזכרנהו בלתי הכרעה וגם אזכיר סברת רוב החכמינו (sic) המפורסמים בתוך דברי החכמים הנזכרים ע״ה כי יש אתנו רב מאשר הגיע לידי זולתי והם כולם ברורים גאוני עולם תחכמוני שלישים וכו׳. In cap. I, ubi materiae a Karaeis saepius retractatae historiam veluti sistit, classicus est locus de *Ahron b. Elia* (f. 43 v. -44) והיות שהח׳ ר׳ אהרן בעל ע״ח סדר דרכי האסור בעקר השאר על פי דעת הח׳ רבי׳ שלמה הנשיא ז״ל כמשמעותם מבלי להוסיף ולא לגרוע וזה מפני שלא רצה לגלות דעתו בס׳ המצוות בענין השיות מה שלא עשה כן בשאר המצות כי בכל המצות גלה סברתו זולת סדר העריות שסדרם אך כדעת הרב ר׳ ישועה ז״ל אולם דעתו גלהו על עבריו בס׳ כתר תורה ··· בעבור שלא הספיק לו הזמן להשלים את ס׳ המצות כי הלך לו לעולמו ··· ובס׳ העריות שחבר.לפי דעת רבי׳ ישועה ז״ל שהם (sic) בס׳ המצות כתב ··· אך חפצי ורצוני לסדר עקרי האסור ·· ע״פ רבי׳ ישועה ·· אחיה כמעתיק הדברים כפי התלמוד שקבלתי מרבותי עכ״ל החכם[1]). Etiam *Eliam Bashiatshi* [hunc proavum suum breviter זקני atque מורי זקני nuncupat, v. e. g. f. 45 v., 62 v., 73 cet.] secutum fuisse ait Ahronem b. Elia, adversus objectiones Ahronis b. Josef; pergit (f. 44) גם התבוננתי בספרי החכמים הבאים אחר ר׳ ישועה נ״ע שסמכו על הרוב ע״פ סברת הראשונים ולא הסכימו כלל את דעת ר׳ ישועה ואדרבה חולק ומשא עליו רבי׳ ישראל המערבי ז״ל והסכימו אחריו תלמידי רבי׳ יפת ורבי׳ שמואל הרופא נ״ע וע״פ אלו הנ׳ חכמים הסומכים ע״פ דעת רב אבי סעיר הנשיא ז״ל ורב יוסף סומכים בהם תושבי ארץ הצבי ירושלים ודמשק ומצרים עד היום הזה מבלי נטות ימין ושמאל. Rursus refert Ahronem et Eliam B. secutos fuisse (סמך) sententiam Josefi. Secundum opinionem sapientum תושבי רומיים quidem, Jeshuam solum vicisse (נצח) scholam, quae מרבבים nuncupatur, jam vero idem fecisse *Abu Said* [i. e. sine dubio Saadja Nasi]. *Salomonem Nasi* (cf. Cod. 52) modos prohibendi 9 exponere secundum Jeshuam.

---

1) Cf. Jeh. Poki, שער יהודה f. 11 ap. W^3 p. 622.

5) (f. 51) זבח פסח *Sacrificium Pashatis*, de mactatione diebus festis licita cet. Opus non absolutum ab eodem auctore MOSE BASHIATSHI. Praemisso carmine acrost. (אמשה בשייצי i. e. אני משה ב׳) 10 lineis artificiosissimis constante, paranomasiâ nimirum quam »Echo" dicunt continuatâ:

אלהי חי באמת מת תהלות   מהלל ליל ואיום יום תפלות

משיח אח לנכאב אב קהלות   . . . .

orditur nomine pleniore ((!) נאם משה בן אליהו בן משה בן לארוני אבי התכם רבינו אליהו בשייצי ישיעים, משה חבל קשת זמן תנועם [1], שלו הייתי ויפרפרני, אחז בערפי ויפצפצנו), ab introductione prolixiore oratoricâ, sed stylo multo praestantiore, ubi f. 51 v. occasionem fingit, quâ opus sit compositum: ויהי היום ואני בתוך הגולה לפני זקני עמי ואומר אשאלה מכם שאלה, אם עצם השחיטה במועדי ה׳ מותרת, ויתנו בתף סוררת. Sequitur Dialogus inter auctorem et »patrem" (i. e. proavum?) [2], qui operi titulum זבח פסח tribuit (f. 52 v.), qui titulus revera legitur in fine carminis secundi duorum acrost. sequentium. Haec denique (f. 53 v.) excipit initium ipsius operis: אמת כי חכמי ישראל ע״ה נחלקו בענין השחיטה במועד אם היא מותרת במוחלט או אם היא על דרך מצוה וחוב ואם לא כן והיא אסורה לג׳ תורות (sic) גדולות. Tres illae sententiae seu theoriae (תורות legendum puto, quamquam תורות scribitur quoque f. 77, et תורה f. 53) sigillatim absolvuntur. Auctores qui ad primam tuendam afferuntur, sunt: *Anan*, *Josef Kirkisani*, *Israel b. Daniel* הקומסי, *David ha-Nasi*, *Abraham al-We-*

---

[1]) Consonans cum ישיעים, de qua abbreviatura v. *Zunz*, zur Gesch. p. 358; ubi adde *Jakob b. Sheshet* in fine epistolae laudandae sub Cod. 93.

[2]) ארוני אבי ad proavum referri debet in loco f. 54 (ואמר החכם א״א [ארוני אבי] רבינו אליהו בשייצי ז״ל משם החי׳ רבי׳ טוביה שאמר בספרו אדרת אליהו סדר קה״ת פרק ט״ו) tum propter librum citatum, tum propter eulogiam ז״ל; auctoris patrem, exarato Codice nostro, adhuc vixisse, patet ex epigraphe, cf. f. 57: אני כסותר סברת ארוני אבי ז״ל.

zir (אלחיר); ad secundam deinde (f. 54): *Saadja ha-Levi b. Jefet ha-Levi* cet. Deinde sententias secundum textum ושמחת בחגך (Deut. XVI, 14.) exponit 3 »januis" (דלתות), scil. 1) ראית, 2) חגיגה (unde locum de voce חג dabimus in *Appd.*), 3) שמחה, quae rursus in capp. subdividuntur; דלת ג׳ incip. f. 68 v., sed f. 75 legitur שער השלישי בו יבאו כל ראיות אסרי השחיטה. Haec »porta tertia" in 2 subdividitur דלתות, earumque secundae caput 1 cadit (f. 80) in verba: ענין הטלטול במועד מצאנותו מפירש בתורה, quae excipit epigraphe scribae: ע״כ מצאתי כתוב כי לא הספיק המחבר להשלימו כי נפטר לבית עולמו, והניח אש תמיד בלב אביו וקרוביו רך ויחיד שלם מכל בני גילו ·· כה״ר משה בן המר ותנאנח כל ימי חייו העולה על כל מכאוב ·· כה״ר אליהו בשייצי יצ״ו. Sequitur f. 80 v. carmen acrost. (משה בשייצי חזק), quod scriba inter scripta auctoris se reperisse dicit, incipiens: מלך משיחני, et cujus ultima linea librum nostrum spectat: קרבן שליל פסח נזכר בתוך נוסח ספר זבח פסח זה מפסחינו. Liber citationibus abundat, quarum nonnullae sunt *Arabicae*, quibus suam versionem hebr. addidit auctor. Historiae literariae hi loci maximi sunt pretii, ut ex sequentibus, cursorie excerptis speciminibus, manifestum erit. F. 56 v. citatur epitomator, ceterum mihi ignotus: וכן כתב הח׳ רבי׳ משה בן שלמה הלוי המכונה צבני במה שקצר מספר המאורות וקראו מכתצר אלאנואר [= مختصر الانوار] משם הרב רבי׳ יוסף הקרקסני ז״ל וזה לשונו אך ביום הראשון. Sequitur locus arab. et hebr., quem excipit idem bilinguis ex ipso Josef (ut etiam f. 60 v.); — f. 63: ובמצור [ובמצר ?] מצאתי דפים ישני׳ מדברי סגולת ראש הגולה בת גאון עוזת ה׳ יא׳ רב ענן וכתב קא אמאנא דדינא דפסחא וכו׳; citatio haec *Chaldaica* totam implet paginam (solus locus ex Anan verbotenus allatus, innotuit *Jost*, ap. Busch, Jahrb. V, 158, v. ad Cod. 41,[16], f. 234); — f. 63 v. והרב ר׳ישראל בן הח׳ רבי׳ דניאל הקמסי מחכמי הסתרה (?) ז״ל כתב בס׳ המצוות אשר לו בקצור הנקראים (sic) מצות ה׳ ברה, sequitur locus arab. et hebr., et sic etiam f. 74. Nominatur ergo hîc auctor

libri מצות ה׳ ברה (anon. apud Simcha), scil. *Israel*, cujus pater forsan *Daniel b. Moses* הקומסי ($W^{1.3}$ n. 534), saepe a Jeh. Hedessi allatus nomine Daniel vel Dan. b. Moses, semel vero, quoad scio (אשכול Alphab. 256), אלמקומס additur [1]); citatio ergo f. 75: דוד בן בועז הנשיא בס׳ מצות ה׳ ברה mutila et decurtata, ita intelligatur, Davidem b. Boas in libro illo adduci; — ex *Josef Kirkisani* Comm. in Legem (פירושו בתורה) loci arab. et hebr. exstant ff. 64, 73 v., 74, 75 v., 76; — f. 65 v. citantur auctores ordine sequente: *Benjamin b. Moses*, *Daniel* הקומסי, *Jefet ha-Levi* cogn. *Abu Ali*, *David ha-Nasi b. Boas*, *Samuel* medicus (הרופא), et *Jakob* [b. Reuben] auctor lib. העושר. — Imprimis vero attendantur loci arab. et hebr., allati e *Jeshua b. Jehuda*, scil. f. 74 v. ex introd. in libr. הישר (באופני הקדמת ספרו הישר); item f. 74 v.: והר׳ ישועה הזקן בן יהודה נ״ע כתב בפסוק ולא יזבחו עוד, forsan e *Comm. in Pentat.*; e tali vero auctore, *Jeshua Ahron* disertis verbis adducitur locus arab. et hebr. f. 55: וכתב החכם רבי׳ ישועה אהרן נ״ע המכונה אבואלפרג הרון בפי׳ התורה ואמר חג המצות יורה על הנעשית בכל יום; (cf. *Jewish Lit.* p. 120).

WARN. 6.

[Cod. chart. fol., ff. 326; charact. medio composito sed atramento pallido exaratus; fol. 195 v. nomen inductum quidem legi potest possessoris *Elia Josef* מריאנו (*Mariano?*).]

1) [פירוש כוונות הפילוסופים] *Commentarius* in lib. *Intentiones* (proposita) *Philosophorum* (مقاصد الفلاسفة) GAZZALII, auctore MOSE NARBONI, ut in Cod. *W.* 45 (q. v.), sed primo,

---

[1]) Forma haec versio quasi hebr. videtur nominis Arab. nondum satis explicati אלמקמץ, de quo v. *Catal.* meum sub David al-Mokammaz p. 880; quamquam radix קמץ non exstat.

ut videtur, folio destitutus. Inscriptio prima est המאמר בהגיון, P. II seu Metaph. f. 15, P. III seu Phys. f. 57. Ap. *W*[3] p. 1 male Cod. »36 in 4°" expressum est.

2) (f. 79 v.) **תיקון הדעות** *Institutio notionum*, id est, Versio libri praecedentis *GAZZALII* ex Arabico hebr., sed Metaphysica tantum Interprete ISAK ALBALAG (אלבלג). Interpres librum (cujus titulum minus presse reddit **דעות הפילוסופים**, *Notiones Philos.*) [1]) tradit se vertisse, et animadversionibus instruxisse, ut fideles cum philosophiâ conciliaret, quare librum ab eo novo titulo instructum, non versionem sed potius compositionem propriam dicit. De his et aliis fusius exponit in introductione, quae desinit verbis: ולפיכך אין הספר העתקה בלבד אלא חיבור בפני עצמו וע״כ קראתי שמו תקון הדעות וזה החלי לעשות. Hanc introductionem in Cod. nostro (omissionibus laborante, et falsis lectionibus scatente) statim excipit nota interpretis: א״ה [= אמר המעתיק] מכאן אתה למד שלא הביאו לספר דעות הפילוסופ׳, ubi ergo praemittenda erant verba Gazzalii, introductionis loco toti operi praefixa, quae nempe nota illa spectat. Fol. 81 v. incipit pars metaph. (אלהיות), cui inter notas insertus est excursus: פירוש פרשת בראשית, *Expositio in Genes.* I, digna quae attendatur (f. 85, cf. Zarzah, מקור חיים f. 8, [1]) tract. II. incip.: f. 9, tract. V. f. 101, clausula f. 102 v.: תם מעתיקי אלהיות ש״ל ית׳. Reliquit scriba post verba: ולפיכך אמר אריסטו שהאויר כבר במקומו (f. 103), spatium vacuum ad f. 104 a. usque. — Gravissimum opus nostrum laudant quidem Bibliographi nonnulli, sed de eo dicentes, ut praeterea in aliis item ac variis de opere Gazzalii versionibus, multos commiserunt errores (v. interim *Catal.* meum p. 1000, et cf. ad Cod. *W.* 15,[5] et 35, 45). Nec plures omnino innotuerunt Codd. (quorum duos assecutus sum), qui sine dubio no-

---

[1]) De aliis hujus tit. operibus v. ad Cod. *W.* 20.

stram versionem exhibent. Codices intelligo, in quibus 3 partes sunt integrae; Codicem nempe *Canon.* 17 in Bibl. Bodl., suo loco fusius delineandum, alterum olim apud J. S. Reggio, nunc *Schorrianum.* Nec dubito, quin ex opere nostro petitae sint »observationes philosophicae" in Cod. *De Rossi* 145,[8], qui nomen רלבלג »Ralblag" corrumpit! Ex quo nescio Codice (forsan *Par.* 249?) clausulam interpretis ad finem Metaph. (sed parum accurate) edidit *Carmoly* (Itineraires p. 281)[1]). Illius vero notae finalis, quae etiam in Codice utroque laudato exstat, auctoritas mihi dubia est. Interpres enim in eâ ad קבלה (traditionem) remittit eum, qui in metaphysicis argumentationibus non acquiescit, ac tres laudat (aequales, ut videtur) auctores Hispanos *Kabbalistas*, (qui saec. XIII. vergente floruerunt), postquam paullo ante (f. 74 Cod. Canon.) cum Mysticis (בעלי הנסתר) disceptavit; idem vero Albalag jam a Schemtob Ibn Schemtob paullo post A. 1390 philosophi *non* fidelis nomine notatus, atque talis usque ad tempus nostrum habitus est (v. auctores citandos). Si vero nota illa genuina est, confirmatur inde mea de aetate Albalagii opinio; quam nimirum ab A. 1307 paullo removendam esse censeo. Hunc annum nempe sumentes omnes Bibliographi *Bartoloccium* secuti sunt (*W.* n. 1158 et 1169: «Alkalag"; *Geiger*, Melo Chofn. p. 65, 92, *Carmoly* ap. Jost, Israel. Annalen 1840 p. 394 [ubi 1387 error est typ. et Schemtob f. 67 v., non 62, citandus], *Stein-*

1) Si credis verbis *Carm.*, verba illa exstant »à la fin de son Commentaire (!) sur les opinions etc." In Cod. Canon. quidem scriba, ut monet diserte, ordinem restituit disciplinarum apud philosophos, a Gazzalio mutatum, unde nota illa opus claudit. Occasione datâ observo, ordinem disciplinarum, quo *Schahristani* philosophiam Avicennae tractat, eundem esse atque ap. Gazzalium, ex quo fortasse hauserit.

schneider, Jüd. Lit. 397 n. 6, *B. Beer*, Philosophie p. 77 [1]) et *Carmoly*, Itiner. l. c.). Utitur autem Bartoloccius teste, nisi fallor, unico Cod. *Vatic.* (cf. *W*[1] p. 3), scil. 346, ubi A. 1305 exhibet Assemanus. Quaeritur vero uter hîc spectetur, Noster, an potius *Isak Ibn Polkar*, qui secundum epigr. ad Physic. (Cod. *Mich.* 332 et apud Schorr) versionem ab interprete (non nominato quidem, sed ita descripto, ut de Albalag dubitari nequeat) non absolutam, ad finem perduxit; unde etiam citatum in postremi שר הדת (apud B. *Beer* in Frankelii Monatschr. 1855 p. 312) speciale scriptum Albalagii vix spectaverit. Cf. quoque ad Cod. *W.* 45 dicenda.

3) [פירוש אגרת (מאמר) אפשרות הדבקות בשכל הפועל] *Commentarius in Epistolam de possibilitate conjunctionis* [intellectus materialis] *cum separato* seu abstracto *Averrois* (*Ibn Roschd*) una cum Appendice, compositus a Mose Narboni Perpignani A. 1344, mense Tammus. Omittitur vero dies 7, [i. e. 19 Junii], quae legitur in Codd. aliis nonnullis, ut *Uri* 392,[3] (v. Add. mea et quae ad Cod. *Mich.* 10 dicentur, ubi scriba ante lineam ultimam stylum deposuit!); sed dies illa in Sabbatum incidit, monente] *Munk* (ap. Beer, Philosophie p. 115 n. 28, ubi »in omnibus Codd.!" Cf. Delitzsch p. 308, qui epistolam minus recte *partem* lib. *de intell. mater.* dicit, quam Narboni excerpsit, unde *Carmoly*, ap. Jost. Israel. Annal. II, 594 (sic) שכל היולי et באפשרות הדבקות recenset!) [2]) Praeterea quoque Codex noster

---

[1]) Opus Menachem Lonsano non saec. XVII, sed circa 1572 excusum est, v. *Catal.* meum p. 1728. Ad auctores, de Albalagii haeresiâ loquentes, adde *Mos. Alaschkar*, contra Schemtob f. 8 v., et *Abraham Schalom*, נוה שלום f. 29 ed. Ven., ubi הכופר; cf. *Mos. Rieti* מקדש מעט f. 103.

[2]) W[3] p. 16 tract. de possibil. conjunct. cum Deo (cf. Delitzsch l. c.) »supra sub אבן וקט" (i. e. p. 10 n. 34 c) recte eundem habet.

passim meliores habet lectiones. Nomen v.c. *Tofeil* utroque loco recte אלטפיל scribitur, non צף (seu אלצף), ut in Cod. Lips. XLIII (ap. *Delitzsch* p. 308) et alibi [1]).

Comm., cujus inscriptionem e Codd. aliis et auctoris citationibus (in Moreh I, 7 integerrima) supplevi, sic incipit: אמר משה בן יהושע יש״י שמהין בן מר דוד הנרבוני למה שהיתה ההצלחה הנצחית וכו׳, ubi dissertatio Averrois, quae exponetur, nuncupatur מאמר אחד הנרשם במאמר השכל ההיולאני [2]), »*Tractatus de intellectu materiali.*" Porro promittitur Comm. in Ibn Tofeil (infra op. [5]). Averrois *textus* ex versione hebr. *Anonymi* [3]) incipit: אמר השופט המיוחד אבואלוליד אבן רשד הכונה בזה המאמר שנחקור האם אפשר בשכל אשר בנו והוא הנקרא בהיולאני שישכיל הצורות הנבדלות. »Dixit judex singularis (i. e. excellens) A. I. R.: Propositum [nostrum] hoc tractatu (scribendo) est, ut inquiramus, utrum fieri possit, ut intellectus, qui est in nobis, quique nuncupatur materialis, intelligat formas abstractas." Vult enim illam inquisitionem promisisse Aristotelem in libro de anima. Finis est (f. 121): וכבר היה אבובכר בן אלצאיג חתר להגיע סדור בהנהגת המתיחד באלו המדינות אלא שהספר בלתי שלם וכונתו ג״כ קשה להבין והנה נרמוז אנחנו אל כונתו בזולת זה המקום כי הוא דבר נפרד בו ולא קדמוהו בזה אחד מאשר לפניו; ubi Aver-

---

Ibid. enim tractatus in Bibl. *Orat.* in 4° una cum (non idem ac) compend. Phil. resensetur. Nulla ergo confusio (ut *De Rossi* ad Cod. 415), nisi אבן וקט ex בן יקטאן corruptum censeas; cf. *W*[4] n. 512 b cum *Pasino* ad Cod. 140.

[1]) Cf. »Ebn Alzaf" ap. *Asseman.* ad Cod. 260, *W*[4] p. 924 lin. 3. Erroris originem habeo nomen אלצאיג alterius *Abubekri*, cum altero saepius (ut passim Ibn Tofeil cum Abu Bekr al-*Razi*) confusi, quod alibi speciatim demonstrabitur; cf. quoque ad hujus Cod. op. 5.

[2]) Titulus ergo Arab., si illum vertis, est, مقالة فى العقل الهيولانى.

[3]) Narbonium ipsum nullum transtulisse ex Arabico librum, recte suspicatus est *Renan*, Averroes p. 153, cujus verba tamen »laisserent à d'autres les soins de traduire etc." non stricte sumenda. Eo enim tempore Averrois opera jam diu versa fuerunt. Cf. *Catal.* p. 1969.

roes forsan ad Comm. in librum Ibn al-Çaig (de quo infra ad [5]) alludit, quem ex Indice Esc. recenset *Renan* p. 50 n. 6, (fortasse non alius exstat fons superior). Narbonius vero (in fine Comm.), neque Averrois, neque ipsius Ibn Bage opus ad eum pervenisse observat. *Appendicis* instar sequitur dissertatiuncula, seu capitulum Averrois cum Comm., incip. (f. 121 b): אמר משה אחר המאמר הנכבר הזה הביא ב״ר פרק אחד קטן מתיחס לזה ע״כ ראיתי להביאו הנה והוא זה; אמרתי ראוי שתדע שהוא אין משכל (sic) מהשכלים הנמצאים בזאת החכמה אלא והוא ישכיל כל מה שבמציאות מן השכלים. Finis Averrois: וכבר דברנו בזה האפשרות זולת זה המקום. Sequitur Comm. (in Cod. nostro minus accurate scriptus), cujus initium est: הפי׳ אמרו צורת זה השכל ירמוז בזה אל השכל הפועל. Finis est: שר הפנים אמנם הענין בשבחי הציור כבר פי׳ בפי׳ על זה המאמר וכבר חברנו בזה הענין אגרת בנויה על שיעור קומה כמפרש לפ׳ שיר השירים [1]) וכו׳ עם הנאמר הנה. והאל הוא יאר לנו באורו הטוב אמן והשלמתי פי׳ זה המאמר הנכבר שנת מאה . . . Cf. *W*[1] p. 20, [3] p. 15. *Renan* p. 50—51 et 347 varios confundit Averrois tractatus de intellectu, Latine versos, quorum fontem hebr. (vers. *Samuelis Ibn Tibbon* ad calcem Comm. in Kohelet) significavi in *Catal.* p. 1015 (cf. ad Cod. *W*. 20). *Wüstenfeld*, p. 107 op. 20, male Narbonium interpretem habet.

4) מאמר אלאסכנדר עם [על פי] פי׳ בן רשד בשכל. *In Tractatum* ALEXANDRI [APHRODISII] *de intellectu Comm.* AVERROIS excerptus [ex Versione *Anonymi*] cum Comm. per MOSEN NARBONIUM, supplementi instar ad tractatum praeced., ut videbis ex initio: אמר משה ראיתי לחבר אל זה מה שיערנו מהביא מאמר אלאסכנדר עם (!) פי׳ בן רשד בשכל מה שנראה נאות אל הכונה מועיל בהבנת המאמר הקודם ומשלים מה שיצטרף אל ההשלמה ונביא

---

[1]) I. e. *ad instar* Comm. in Cantic. (non »collato Cant.", ut *Delitzsch* p. 308) idque diserte dicit ad Hai p. VII. Libellum ipsum, scriptum exeunte A. 1342 Deo juvante editurus sum; cf. *Catal.* p. 1974.

ג״כ פרושנו עליו במה שיצטרך אל הרחבה אחר שאלת העבר מהאל ית׳ ותאמר. אמר בן רשד נרצה לבאר מאמר לאלסכנדר (sic) הפרדוסי בשכל על דעת ארסטו ותאמר השכל אצל ארסטו כמו שבארו אלסכנ״דר שלשה ענינים הענין הראשון השכל ההיולאני והוא הכנה מצואה לנפש ר״ל שהוא משכיל בכח אפשר כי (dele) שיקבל כל המושכלות · · · אבל הוא הכנה אמתית · אמר משה אמרו כי כל מה שהוא מתחזק על שום דבר ירצה שכל מה שהוא כתני לדבר מה ׳ואמרו והאת ההכנה אין לה מתת, רצה שאין לו צורה; desinit (f. 124) לפי ששני אלה הם אשר יתנו לו הכלי אשר בו יפעל ובו יפעלו ·אמר משה ואמרו השכל ההיולי · · · מפני היות יציאתו אל הפועל . . . ומאמרו מובן בעצמו . וזה שיעור מה שראינו להביא ממאמרו. Inscriptio Cod. Lips. XLIII (ap. *Delitzsch* p. 308): מאמר אלסכ׳ בשכל ביאור בן רשד ועליו פי׳ הנרבוני paullo accuratior est. Textus enim Alexandri nonnisi paraphrasi Averrois immixtus esse videtur. Tractatum hunc non speciatim recenset *Munk* l. c. *Renan* p. 53 n. 26 versionem hebr. et Commentarium Narbonii, (ut etiam Josef ben Schemtob, de quo cf. *Catal.* meum p. 1529) alto praeterit silentio! Huc spectat fortasse tractatus »de ratione" apud *Wüstenfeld* p. 107 op. 23?

5) (f. 124) [אגרת יחואן בן יקטאן] *Hai ben Joktan* opus notissimum Arab. auctore *Abu-Bekr Ibn Tofeil*, hebr. per *Anonymum* [1]) cum Comm. Mosis Narbonii, finito in urbe Cervera (סירבירה) pridie festi Pentec. (22 Maji) anni 1349,

---

[1]) *Versio hebr.* (quam Commentatori tribuit Catal. Codd. MSS. Vindob. p. 145, et, ubi textus genuinus in compendium redactus est, Ersch, Encykl. T. II vol. 31 p. 91) in omnibus Commentarii Codd. tota inserta videtur (praeter verba initialia ipsius Comm.), paucis tantum omissis; e. g. loco Masudii in initio libri seu P. II vers. hebr. — Singularis formula *Arabica* רחמה אללה post nomen auctoris, Ibn Tofeil, quae initio textus exstat (f. 125 b), occurrit quoque ad calcem אגרת הפטירה ejusdem auctoris ex versione *Chajjim ben Vivas* (Cod. Vat. 297, 12), quem tamen eo solo argumento interpretem non conjiciam.

qui diserte legitur in fine totius operis (f. 195 v., verbis תשע ומאה) in Cod. nostro et *Mich.* 386, atque numeris (קט) in Cod. *Uri* 392. Introductio sic incipit: אמר משה ··· יתכן לנו אחר שהשלמנו פירוש המאמר אשר חברו החכם בן רשד באפשרות הדבקות עם הנפרד שנשתדל ג״כ שנרמוז רמז מה באגרת הדבקות עם הנפרד אשר השיג החכם השלם המחבר זאת האגרת. Commentator in introductione ait librum »duo" comprehendere argumenta (ענינים), scil. expositionem *regiminis solitarii* (تدبير المتوحد = הנהגת המתיחד), et expositionem essentiae comprehensionis conjuncti (hominis cum intellectu activo: ביאור אמתת השגת המתדבק מה היא, unde liber passim inscribitur: אגרת הדבקות, *Epistola conjunctionis*). Additur vero deinde argumentum tertium et quartum. Opus dividit ipse Comm. in 8 partes (חלקים), rursus subdivisas. In octavâ circa finem (f.190) medio Commentario inseritur Analysis operis (Arabice deperditi) *Abu Bekr Ibn al-Çaig de regimine solitarii in civitate* [1]) (ביאור כוונת אבו בכר בן אלצאיג בהנהגת המתבודד והוא חלק מדינה), eaque constat 8 capitibus. Hinc confusio orta apud Bibliographos omnes (excepto Munk) [2]) et Catalogorum auctores. (In omnibus enim splendidis Bibliothecis hoc opus non desideratur, exceptâ *Oppenheim*erianâ, ubi Cod., a *W.* allatus, reverâ non exstat). In Catalogo MSS. Angliae, citato apud *W*[1] p. 14, et apud Uri 392 duo finguntur opera, quod ipsum vexavit *Zunzium* (Add. p. 326 n. 6). Nec rem lucide exposuit *De Rossi* ad Cod. 415 (qui ad Cod.

---

[1]) מתבודד hoc loco scribitur pro המתיחד (supra), forsan non sine respectu ad conditionem diversam solitarii, in utroque opere suppositam, unde etiam inscriptionis verba ultima necessaria habeo. Tit.: De *meditatione* solitarii apud *Wüstenfeld* § 163 n. 9 non videtur accuratus, ac parum abest, quin n. 11 a n. 9 non diversum habeam.

[2]) Vide ejusdem notitias ex Hebraeo haustas in Dict. des sciences philos. s. v. Ibn Badja. — Citantur etiam *Poëtae* nonnulli Arabes., e. g. cap. 7; cf. quoque *Dukes*, Nahal p. 54.

835 ne nostrum quidem agnovit auctorem). *Delitzsch* porro (ad Cod. XLIII p. 309) in recensione prolixiore excursum hunc prorsus neglexit, ut taceam *Krafft* et *Deutsch* p. 145. Cf. item *Dukes*, Litbl. IX, 363 (XI, 174 n. 42). *Pasinus* denique ad Cod. 101 (*W*[1] n. 1645 b!) opus חי בן מקיץ cum Comm. *Avicennae* memorat, idque in initio imperfectum dicit. Ibi ergo inscriptio e loco petita est, ubi Ibn Tofeil de Avicennae opere homonymo loquitur[1]). Homonymo scripto *Abrahami Ibn Esrae* cum nostro praeter titulum nihil est commune (ut monui in *Catal.* p. 683 op. 37). — Commentarium eruditi Judaei philosophiae Arabicae studiosis maxime commendant Delitzsch et Munk l. c., unde Casparius A. 1840 hunc edendi consilium iniit, non vero exsecutus est. Inter auctores a nostro citatos anonymus est Hispanus, auctor Epistolae de conjunctione [intellectus humani] cum abstracto (P. VII).

6) (f. 197 v. — 245) הפלת הפילוסופים, *Destructio* (seu *Prostratio*) *Philosophorum*, auctore *GAZZALIO*, ex Versione eâdem SERACHJAE cet. atque in Cod. 35, sed in initio, ubi Cod. lacer est, ante הספר הזה מלשון הגרי verba אמר המעתיק tantum desiderari videntur.

7) (f. 247 v.) הפלת ההפלה, vulgo *Destructio destructionis*, auctore *AVERROE*, interprete incerto, ut in Cod. 15. Desinit (f. 326): בטובו וחסדו · ובהשלמת זה נשלם ספר הפלת ההפלה לאבן רשד הקרטבי תהלה לאל.

---

1) V. p. 56 ed. Germ. per Eichhorn (quam solam ad manus habeo). Recensetur quidem Avicennae opus ff. 22 in Cod. Arab. ap. *Uri*, 456, [3], sed tantum ex indice, initio Codicis praefixo, ut comperi. Secundum Narbonium ad l. c. (ap. Delitzsch p. 309 col. 1) alluditur ad Avicennae *Philosophiam orientalem* (cujus pars, scil. natur., in Cod. Arab. lit. hebr. ap. *Uri* 400[4], *bis* enumeratur ap. *Wüstenfeld*, §. 128 sub n. 18 et 63, ut Hai op. 62). Eam diserte laudat Ibn Tofeil in praef. p. 25 et 46 (cf. Eichhorn p. 13 de Cod. Escur. 693, [3], quem Wüstenf. §. 194 simpliciter sub op. 1 recenset); cf. quoque Simon Duran קשת ומגן f. 21 b; *Jüd. Lit.* §. 13 n. 6; *Catal.* p. 1970 et 1973.

Warn. 7.

[Cod. membr. vetus, fol., ff. 169, charact. Hisp. magno eleganti perspicuo. Fol. 1 v.: possessor *Isak Jafeh* (saec. XVI ?).]

מורה הנבוכים, *Doctor perplexorum*, ex Arabico Mosis Maimonidis hebr. per *Samuel Ibn Tibbon*, cujus praef. verbis אמר שמואל orditur. Desinit Codex f. 169 sic: אור נגה עליהם, sine Indice, aut interpretis glossario. Ad marginem paucae notantur variae lectiones.

Warn. 8.

[Cod. chart. fol., ff. 338, charact. ad Germ.-Ital. accedit, atramentum flavum (v. Specimen). Nomen inscriptum *Elia* (אליאו = אליהו) possessoris esse videtur, ceterum non accuratius designati.]

ס' העושר, *L. Divitiarum*, auctore Jakob b. Reuben. Est Comm. in Biblia selectus, ita nuncupatus, quia lectorem divitem reddit (v. praef. in *Appd.* 2). Stylus aridus est et asper, atque antiquitatem prae se fert. Auctoris aetatem quidem saec.° XIII° sistit *W*1.3 n. 1105, saec.° XII° *De Rossi* Wrtb. p. 139; annum vero 1098—9, e dictis de loco Dan. XI, 40, ubi Antiochia et Tortosa (Orthosia) expugnatae dicuntur, conjecit *Munk* (Isr. Annal. III, 93, cf. ad Tanchum p. 109). *Geiger* contra (Proben jüd. Vertheidigung, in Bresslauer's Jahrbuch, I, 61, II, 51, III, 56) saec.m XIIm cogitat, argumentis potissimum e silentio auctorum saec.i XIIi petitis, auctores tamen a nostro citatos saec.m Xm non excedere, fatetur. Mihi vero jam ante aliquot annos persuasum erat, nostrum diversum esse ab homonymo auctore (A. 1170) libri rabbinici antichristiani מלחמות ה' (cf. ad Cod. W. 28). Ab utroque discernendus, ut puto, interpres homonymus libri homonymi in Cod. W. 27, quem cum nostro con-

fundere videtur א״צ; postremi verba tamen minus accurate reddit *Dukes*, Beiträge p. 42, unde facile crederes secundum א״צ Commentarium nostrum comprehendere expositionem de lapidibus cet. Idem tamen specimen ignorantiae auctoris א״צ adducit ipse *Jost* ap. Busch, Jahrb. V, 151!

Commentarius in *Pentateuchum*, ut Pseudo-Jefet (Cod. *W.* 3), in homiliarum formam fere est redactus. Orditur a disticho: בזו הפרשה: כח ואלילות בהתחילי ס׳ בראשית, יי׳ אלהי בך חסיתי לי להשית, dein: גאה עין הלא תרש הלא תשמע ואהיה אצלו אמון כה אמר האל יי׳ לך הגדולה ··· או אתה הוא ה׳ לבדך או כה אמר ה׳ בורא שמים ··· ותתימתו מה ידידות משכנותיך ···. Sic incipit ipse Comm.: בראשית דע כי לשון הקודש תסובב על כ״ב אותיות י״א מורכבות והם שמלאכת״י בנ״ה וי״א אינם מורכבות דור מדור יגדילה ··· חפץ למען; desinit f. 104: והם ספ״ר ח״ט גו״ע צד״ק צדקו יגדיל תורה ויאדיר. In pericope תרומה (f, 30 b.) figura exhibetur candelabri. Hanc pericopen et sequentem bis exponit (אשיב לשנות הפרשה מפת[מפתרון] מלמד אחר). Multa *Graecis* explicantur vocibus. Loci laudati sunt rariores et breviores. Inter auctores adducuntur e. c. הנשיא והמלמד יפת ז״ל.. והזקן ר׳יוסף בן אבו עלי (f. 25 a); וספרתם וכבר (ib.); ורבנו הקרקסאני׳ (f. 39); אברהם יר״א [ירחמהו. אל] דבר הפיתומי׳ על השבת וחלק אותו כמו שאמר בספרו הידוע ספר תמיז [תמייז] ולא שמעתי כי א׳ מהאומה י״א בעת הקציר אם יוקצר קודם הפסח שיספרו הימים כי אם איש אחד ושמו בכתאן (sic) ולא יכשר שתהיה האמת עמו כי הוא יחיד על זו הדת (f. 55 b ad Levit. XXIII, 15; cf. *Catal.* p. 2105). Eadem de בכתאן nomine Jeshuae ex libro אוצר נחמד [Tobiae; cf. Cod. Opp. 255 F.] citat Bashiatshi (de pentec. cap. 6 in fine). Ibn »Bakhtewi" (בכתוי, sed in op. excuso בבתוי) apud Nostrum et Jefet offendit Geiger (l. c. II, 52); Ibn בחכאל citat Jefet junior ap. *Munk*, Isr. Annal. 1841 p. 93.

Josua (f. 104 b) incipit post distichon: משרת משה בו ב׳ דברים הא׳ כי הקיש לישראל תלמיד משה. — In exordio *Proph. min.* (f. 200), qui excipiunt majores, et ita in exordio *Chron.* (f. 230), de ordine et nexu horum librorum in Canone tractat (cf. ad Cod. W. 3); in opere tamen excuso Chron. sub finem posuerunt! *Psalmi* (f. 241)

ordiuntur a brevi introductione de auctore אשרי האיש אם אמ׳ למי זה הספר מן הנביאים ומי כתבו נאמר ··· מצאנו זכר ז׳ נביאים; ita ad *Jobum* (f. 217 v.) de patria disserit א״א [אם אומר] מאי זה עם היה איוב נא׳ אמ׳ מבני ישראל ככתוב ··; ad *Proverb.* (f. 301) de 14 nominibus sapientiae: עשה בראש הספר הזה יד שמות והם כנוי לחכמה, חכמה מוסר השכל צדק ומשפט ··. *Ruth* (f. 310) sic incipit: שפוט השופטים אין הם השופטים רזנים אבל נכתבו לנו הגדות של שופטים המלחמה עתניאל ···; *Cantic.* (f. 311v.) ita: שה״ש מעין שיר אשר יקבוץ שירים הרבה ואם תספרם תמצאם ל׳ (30) והם כנגד ל׳ מזמורים בספר תהלות. שיר השירים כמו אלהי אלהים גדול מכל אלהים. ישקני זה דבר משכילי עם מצדיקי רבים ויבקשו מיי׳ ל׳ בקשות. Brevis deinde sequitur expositio de relatione inter Deum et gentem Israeliticam. Sequuntur mox *Kohelet* (f. 516 v.), *Threni* (f. 321 v.), פתרון אחשורוש (f. 324 v.) et *Daniel* (f. 327). Nehemiae finis (f. 338): זכרה יי׳ אלהי לטובה ומע׳ בזה הפסוק ובמקום הזה כי בקשתי בכל מה שעליתי רצונך. והשלום והשכר מעמך ·. Alii Codd. praeter nostrum sunt rarissimi. Prophetae et Hagiogr. in Cod. exstant W. 31. Integer est liber (monente Munk l. c.) in Cod. *Paris.* a. f. 61. *Jerem. Ezech.*, *Proph. minores* et *Hagiogr.*, exceptis Psalmis, supplem.i instar ad Ahron b. Josef excusa sunt in urbe Kosloff (Eupator.) 1835 (v. Geiger l. c. II, 51), sed apud nos ita rarus est liber, ut exemplar nuper acquisitum vix raptim oculis perlustrare mihi licuerit, antequam haec scripsi. Specimina pauca ex Comm. in Psalmos dedit *Dukes*, Litbl. X, 12.

WARN. 9.

[Cod. chart. fol., ff. 138; charact. Hisp. majore rudiore et antiquiore conscriptus, sed manu paullo elegantiore suppletus f. 88—91 et 113 sq.; ubique vero scriptura est perspicua. Totus cum alio collatus videtur (initio v. c. vox ארסטו, de quâ cf. Cod. *Vat.* 336, insuper adscripta est); attamen jam lin. tertiâ שני העינים לו pro אלו non emendatum remansit, imo vox בשיעור male השיעור corrigitur etc. Vide quae de versione dicentur].

ספר **מה שאחר הטבע** לאבן רשד, L. *Metaphysices Averrois* hebraice per Kalonymos b. Kalonymos, et quidem ex Cod. Arabico non accurate scripto, sec. notam interpretis (f. 137 v. —138): התנצל המעתיק וכה אמר והעתקתיו בטרדות גדולות ומספר לא מדויק לכן לא יאשימני המעיין אבל יראה במה שחלק מן הפנאי ישתבח שמו . . In fine libri 2 et 3 f. 18 et 26 v. pauca desiderari dicuntur. Comm. est »*medius*", cujus libb. I—VII, Latine editi interprete *Elia* Hebraeo (*del Medigo*), e nostrâ videntur fluxisse versione (v. Catal. meum sub interprete hebr. p. 1577 infra) [1]), quamquam versio hebr. Serachjae Levi occurrit in Cod. *Taur.* 142 (*W*[4] p. 791) et 42? Opus Arabicum conscriptum esse fertur die 25° Rabiae posterioris A. 570 H. (1174); in notâ vero interpretis tempus plane omissum est, quod secundum alios Codd. anno 1311 vel 1317 ponitur (v. ad Cod. *Mich.* 72). Libri numerantur 13 (v. *Munk* in Dictionaire des sciences philos. III, 162, et quae notabimus ad Codd. W. 18,[2], 20,[1.2] et 33). Initium אמר (אריסטו) מציאת האמת קשה מצד, seu שהעיון באמת (Cod. *Vat.* 336), seu השגת מציאות (*Mich.* 74), respondet p. 19 Aristotelis ed. Brandis (Munk, l. c.). Cod. nostrum una cum Cod. 18 (ubi vero reperitur Comm. *magnus*) e Catalogo Leyd. vetere laudat *W*[1] p. 20.

Warn. 10.

[Cod. chart. fol. ff. 201, charact. Hisp. crasso et minus elegante, sed satis perspicuo, saeculo XVI° sine dubio antiquiore. — ff. 1, 4 et 9 possessor vocatur: *Ahron b. Samuel Kohen* (מפרחי כהונה forsan Perachja?), qui charact. Hisp. complicato in fronte libri nonnulla scripsit, e. g. לשמועת פטירת · · · הח׳ השלם משה בן אברהם הכהן [2]), atque *Indicem* (f. 3 v.) supplevit.]

[1]) *Renan* p. 76 »Paraphrasin" memorat (sed v. p. 47!). Vocari saltem potest »summa"; inscribuntur enim libri: כללי מאמר הא׳ cet.

[2]) Fortasse Mos. Kohen *Corcyrensis*, cujus patris nomen hucusque ignotum erat; v. *Catal.* p. 1845.

חותם תכנית, *Sigillum formae imponens* (Ezech. 28:12). Synonyma hebr. auctore ABRAHAM BEDARSCHI (i. e. *Biterrensis* saec. XIII). Orditur a carmine 8 beit, sic incipiente: לבנות בית אל חכמי ידי שנית (sic) לב תני יוסיף, ac desinente: ותתהפך כחומר חותם של כן נקרא חותם תכנית. Sequitur distichon aliud, porro praefatiuncula 6 lineas implens, cujus hoc est initium: תהלה לאל יוצר היצורים ראשון בטרם הרים. Sequens f. 2 ut et 3 r. charta est alba diversa; f. 3 v. incipit Index: חלק האלף ארבעים ושתים שערים, scil. השער הא׳ אדם, אנוש, איש, גבר; porta 2 est אמץ, חזק cet. Portae ergo seu sectiones non secundum vocis literam secundam cet. alphabetice dispositae sunt, nec secundum voces synon. secundas cet. (ut supra גבר). Enumerantur in literâ א 42, ב 12, ג 15, ד 15, ה 15 (ו non exstat), ז 12, ח 26, ט 8, י 13, כ 14, ל 8, מ 20, נ 12, ס 24, ע 26, פ 23, צ 24, ק 13, ר 20, ש 28, ת 10 (sed v. infra), ubi voces derivatas sub literis praefixis quaeras. Finem his imponit carmen 4 beit (f. 8). Sequitur mox exordium (פתח השער), nempe Kassida, 35 beit constans, sic incipiens:

אשורר אמרי || תצחות בשירי || בפתח דברי || לתבין פתאים.

Noster laudibus Dei celebrandis, non, auctorum orientalium more, hocce exordium incipit, sed absolvit (f. 8 v.). Liber ipse incipit: השער הראשון אדם איש אנוש גבר. גדר האדם ויתר השמות האלה חי מדבר מת מדבר ר״ל בעל שכל כי הדבור תחלה בלב טרם שיגלהו הלשון. Ultima porta secundum Indicem est n. 10 תשר, מורא, sed Codex formâ finali (lineis decrescentibus) desinit n. 9 (תחת, מקום): ואפשר שירמה לו בשום ענין במקומות נמצאים והוא מעט. נשלם חותם תכנית להר״ר אברהם בדרשי ז״ל חזק. Expositio est scientifica, prolixa, etymologica et realis, exemplis quam maxime referta (Biblicis locis tamen, ut solent Judaei, non indicatis). Citantur saepissime Rabbini veteres (רבותינו ז״ל), passim *Onkelos*, *Salomo Isaki* (רש״י) e. g. s. v. שבר, ש 6 f. 191, *Jehuda* [*Chajjug*] ut s. v. הלל, ה 7 f. 94 v.; *Ibn G'annach*, ut s. v. דרש, ד 7, השקיף, ה 2 passim, אבן ג׳נא[ח] פי׳ בשם ר׳ יהודה s. v. הוד, ה 8 f. 95. Ex eodem citat vocem Talmudis a *Scherira Gaon* explicatam: רבי׳ שרירא גאון ז״ל שפי׳ במס׳ שבת

ומלובנות נקיות כבונות בענין בהמה במה בפרק [דף נ״ח]. Historiae literariae gravissimus est locus, s. v. קדם, ק 13 f. 182 v.: זה לשון ההעתקה שהעתיק החכם הגדול הרופא המומחה ר׳שלמה י״א מן ההגיון שחבר אבונצר אלפארבי [l. אלפראבי] והוא השיב הספר ללשוננו להאיר עיננו ברוך שהספיק בידו ללמוד וללמד להבין ולהורות . הפרק הרביעי אמר שדבר קודם דבר אחר על חמשה דרכים אם בזמן או בטבע או בסדר ובמדרגה או בחשיבות ומעלה ויתרון ושלמות או בשהוא סבת מציאות הדבר . והקודם בזמן אמנם בעבור הוא מה שאמרו [l. שזמנו] יותר רחוק מעתה . . . *Salomo* medicus ille, interpres, quod hucusque nondum innotuit, lib. Logices *Alfarabii* [1]), Nostri, ut videtur, aequalis [2]), idem etiam esse videtur, qui *Ben Josef Ibn Ajub*, Granadâ oriundus, sed qui Biterri (1259—65) alios libros ex Arabico sermone vertit, quem ergo non praeter rem eundem suspicatus sum ac medicum Sal., citatum a Gerson b. Salomo (de quo vid. Catal. meum p. 1014 [cf. infra ad Cod. Scal. 2, [4]], ac de aetate libri שער השמים; cf. ib. p. 1608). Idem fortasse auctor est libri שר המשקים in Cod. Scalig. 2, [20]. — Specimina ex Cod. nostro edidit *Dukes* (Mittheilungen p. 190), sed parum accurate [3]); locos Biblicos non curo, quos in compendium redegit; ii enim ex inserto Indice facile suppleri possunt. — Paucissimi sunt auctores, qui de

---

1) Lib. Logices hic non diversus est a 5 Capp. introductoriis, quae *Assemanus* ad Cod. 49 a *Samuel Ibn Tibbon* versa suspicatur; qui error cum aliis erroribus cohaeret. De his fusius disserui in *Catal.* p. 1892, 2001, unde supple *Wüstenfeld* sub Alfarab. p. 55.

2) De abbreviatura י״א de vivis v. *Zunz*, zur Gesch. p. 311.

3) Ita s. v. להב (MS. f. 127) p. 191 l. 6, ubi pro ענין leg. עינינו; post שבבים sequitur והיה רבים מהרה, et rursus והראיה כי, ut vid. errore repetitum; שכרה in MS. legitur distincte; sub v. מליצה (MS. f. 134) lin. 2 בלשונו l. בלשוננו, l. 9 a fine תחת l. תמורת, l. 8 a f. כאשר l. באשר, l. 6 a f. post מה adde שהוא, l. 5 באמרו l. כאמרו, אשירה l. שירו, l. penult. המנגנים l. הנוגנים, l. ult. הפייטנים l. הפייטים et ובעלי, p. 192 lin. 2 desideratur השיר יהיה לכם; sub v. מלאך שנאן (est ש. 23 f. 196 v.) lin. 7

synonymis agunt hebr. [1]). Primus ex iis, qui innotuit, et egregie de hoc argumento meruit, est Noster. Codex *unicus* est (nam Cod. *Opp.*, a *W*³ 57 praeter nostrum allatus, non exstat; v. *Catal.* meum sub auctore p. 669), dignissimus sane, qui brevi edatur.

WARN. 11.

[Cod. chart. fol. ff. 202; charact. Hisp. majore minus elegante, sed perspicuo.]

ספר הנהגת המלכים חברו חכם אחד מן הנוצרים למלך פראנסיא (*sic* ubique פראנסיא) »*L. Regiminis* [2]) *regum*, (quem) composuit sapiens quidam Christianorum regi Galliae.” Ex sequentibus (ap. *W*³ p. 1206) apparet, auctorem esse *Gilles* (ג׳יל) i. e. *AEGIDIUM* (*DE COLUMNA*) Romanum (1247—1316), qui *Librum de regimine* (seu de informatione) *principum* dedicavit *Philippo* (פֿיליפו) filio regis Philippi. Liber »ex scriptis Philosophorum, praecipue *Aristotelis*” concinnatus esse dicitur; unde non mireris, Judaeum (anonymum) hujusmodi opus ex Latino sermone vertisse; prout et aliae ejusdem auctoris dissertatiunculae hebr.ᵉ verteban-

---

כעין l. בעין; l. 8 pro על השליח ex conjecturâ quidem legitur בהחוט, sed ut vid. corrupt.; lin. 4 articuli post ועקרו adde להיות, pro בהבינו (seu בפתרונו) rursus legitur בהחוט. — De *carminibus* in opere nostro citatis v. *Dukes*, נחל קדומים p. 46.

[1]) *Jüdische Lit.* p. 417, ubi adde: *Salomo di Piera* (ca. 1400), v. *Catal.* p. 2386.

[2]) *W*³ p. 1206 vertit: de »institutione”, sed הנהגה est Arabicum تدبير; vidd. quae de titulo diaetetices Maimonidis disserui in *Oesterreich. Blätter* 1845 p. 124. Verba חברו חכם eorumque versionem omisit Wf., et post פראנסיא vocem למואל. Nostrum male nuncupari »Germanum” ap. *W*² p. 1375, et אשכנזי ap. *Biscionium* I, p. 15, non sine causâ monui jam abhinc 10 annos (v. Frankel, Zeitschr. III, 275 in notâ; cf. ipsum *Zunz*, l. ib. citato p. 329). Ap. Biscion. enim cum Aegidio confusus est *Albertus*, ut alio loco fusius demonstrabo.

tur ineunte saec.º XIVº a *Jehuda b. Mose Romano.* Noster interpres Italus item cognoscitur ex formâ vocum exoticarum, praeter multas textûs voces quas retinuit, adjectâ tantum significatione hebraicâ. Libri Latini multae sunt editiones [1], quarum nullam tamen in ipsâ Bibliothecâ Leyd. conferre potui; Cod. vero MS. *Voss.* 82 (Catal. Bibl. Leyd. p. 371) cum versione hebr. non convenit [2]. Ea in libro Iº 4 Partes exhibet; Pars I (חלק ראשון hîc et in initio lib. III suppl.) cap. 1: במעלת
זה הספר הנקרא הנהגת המלכים ואיך ראוי שיתנהגו בו, cap. 15: בגודל שכר
חכות המלך שינהיג בטוב המלכות והעם שצוה ית׳ (sic); P. 2 (f. 17 v.) כמה
הם מנין המעלות וכו׳, cap. 1: איך ישתנו כחות הנפש וכו׳, cap. 34: באיזה
אופן קצת הדישפוזיציוניש הטובות וכו׳; P. 3 (f. 61 v.) וכו יחקור ויבאר

[1]) *Baur* in Erschii Encykl. I vol. 18 p. 340 (Columna) edd. recenset: f. s. l. 1473, *Rom.* 1482, ab Hier. Samarit. recogn. una cum vitâ auctoris ab Angelo Rochu, 8º *ib.* 1607, denique sub nomine *Th. d'Aquinas* 12. *Lugd. Bat.* 1643, quae ipsa in Bibl. Leyd. desideratur [neque confundendum est Thomae opus de rebus publicis et Principum institutione libb. IV. 12. *Lugd. Bat.* ex off. Jo. Maire 1602, quod reperitur quoque in Thomae opusc. ed. 1587 p. 285; librorum capp. sunt 15 + 16 + 22 + 28]. Sectio de re militari cet. exstat in S. T. *Hahnii* collect. monum. vet. et rec. T. I p. 1. Adde ed. *Ven.* 1498 (*W*[4] p. 774), quae est in Bibl. *Bodl.*, sec. Catalogum I, 19. *Versiones* recenset Baur: Gall. fol. Par. 1497, Hisp. 4. Madr. 1625, Ital. 8. Flor. 1577; sed hebr. nostram ignorat. — Notam de ed. 1482 (ff. 134), in Bibl. Bodl. exstante, nuper accepi a Rev. Dr. *Bandinel.* Initium est: »Incipit lib. de reg. princip., editus a patre Egidio cet.; *Liber I.* Ex regia ac sanctissima prosapia oriundo suo dno. speciali Dno. Philippo cet. Quis modus procedendi sit in regim. principum. *Ca. primum* opportet ut latitudo sermonis in unaquaque re cet." Cf. specimen hebr. in *Appd.* III.

[2]) Introd. incipit: Regnabit rex et sapiens. *Partes* (sic) continent Capp. 33 + 33 + 41, finis: Ideo omnia temporalia amans indigna est de Dei amore. Explicit tract. de *informatione* principum. In fine partis I scribitur: »inferius in parte *quarta!*" P. II cap. 3 »quomodo debet regere uxorem" respondent in hebr.is capp. 7—24 partis I lib.i II.i

איכות ההבעלות שראוי למלכים ולשרים לרדוף, capp. 11; P. 4 (f. 75 v.) נדבר בו במדות שיאותו למלכים ולשרים שיתנהגו באותם המדות, capp. 7; ultimum (f. 85) במדות בעלי היכולת ובאי זה אופן ראוי למלכים ולשרים שיתנהגו בהם, »qui sunt mores potentum et quomodo ad mores illos reges et principes debeant se habere” (in ed. Lat.); secundum clausulam (f. 83 v.) hucusque regimen sui ipsius (הנהגת האדם את עצמו) tractabatur. Lib. II (f. 84) Partibus 3 (sed 3ᵃᵉ inscribitur מאמר *Tractatus*, non חלק); P. 1 בהנהגת הבית capp. 24, P. 2 (f. 111): ובו יתבאר באי זו הנהגה ינהגו בני המלכים והשרים ובני המדינים, capp. 21; P. 3 (f. 134): המאמר השלישי מספר הנהגת המלכים והשרים עריין בהנהגת העבדים ושאר דברים אל החיים האנשים, capp. 19; Lib. III (f. 153 v.) nullam habens inscriptionem generalem, sed de regimine civitatis (הנהגת המדינה) tractans, P. I capp. 19 (? ed. Lat. 20); P. 2 (f. 170): ובו ידובר באיזה אופן תנהג המדינה והמלכות בזמן השלום, capp. 36, sed usque ad finem cap. 31 tantum procedit Codex noster *unicus*, ubi finis (f. 202) זולתי אם נרצה לומר שמנגד הנימוס הטבעי הוא אותו הדבר שלא מפאת הטבע אבל הוא נוסף ומיוחס אל הטבע . תם וכו׳, quocum non convenit finis hujus cap. in ed. Latinâ: »et non innovare patrias leges, nisi fuerunt rectae rationi contrariae.” Sequens cap. 32 inscribitur: Quid est civitas et quid est regnum cet.; P. III vero capp. 23 exhibet, quorum ultimum: »qualiter construenda est navis” cet. desinit: »in quâ est suprema requies, quam Deus ipse suis promisit fidelibus. Qui est benedictus in saecula saeculorum. Amen.” Fortasse materiam partis ultimae a proposito suo et Judaeorum animo magis alienam habuit interpres, unde finem deditâ operà omiserit, quamquam similia linguâ Judaeo-Germ. in Cod. *Monach.* 235 habentur (cf. *Jüd. Lit.* p. 357 n. 7).

WARN. 12.

[Cod. bomb. fol. ff. 214; charact. medio non inelegante atque distincto (V. Specimen). Possessor significatur *J. van Hill* Lit. E. E. Loci nonnulli a *Warnero*, ut hos in suos usus converteret, notati sunt.]

1) *Commentarius in Prophetas priores et minores*, in quo multae sunt lacunae, et qui in fine tribuitur ABU ALI*o*, unde in Catal. et ap. *W*[3] n. 1129 memoratur JEFET HA-LEVI, sed v. supra ad Cod. W. 3. p. 6, et quae mox monebimus. Cod. noster, si literas consideras hebr., quibus paginae notatae sunt, primis octo foliis caret. Fol. 1 (sec. numeros recentiores), spectat *Jud.* XIII, et f. 3 jam incipit a. *Samuele:* ויהי איש אחד מן הרמתים הוא שם ב׳ מקומות כל אחד מהם רמה. Comment. in *Reges* (f. 14 v.) incipit: והמלך דוד זקן ולא יחם לו מפני כי נבעת מפני חרב, et desinit (f. 22): כל ימי חייו, קרוב כי ידמה אל חיי יהויכין, וארוחתו אמר הוא אוכל ומתנות לאנשיו ולעבדיו ולילדיו. Sequitur lacuna, ubi de *Hosea* sermo erat instituendus. *Joel* incipit (f. 58): דבר ה׳ . . זה הנביא נתנבא זמן מעט; f. 159 rursus lacuna offenditur; finis (f. 194 v.): ואתה אל תירא עבדי יעקב וגו׳ וכתוב ישראל נושע ביי וגו׳ תם . והפת׳ (והפתרון!) תרי עשר אשר פתר אותו אבועלי המלמד החכם . . . אשר האיר רבים בדברים והשיב על התורה אנשים זרים . . . ואשרי קוראי בספריו ותופשים אמריו . . . Sequitur f. album. Comm. genuinus esse nequit, nam f. 6 v. citatur *Jona*, quo sine dubio intelligitur *Ibn Gannah* (יצא נא אבי, פי׳ ר׳ יונה ישב וכן בדבור חכמים פלוני לא הוציא שבתו), at tempus compositionis accuratissime definitur in loco, ut videtur, e genuino Jefet petito, f. 178: והנה היום אלף ותק״ט ממלכות בבל אשר לא ראינו טובה וסגלה מעת שנפסקה הנבואה יש לנו אלף ומאתים ושבעים שנה (1270 contract. = 959 Chr., unde confirmatur A. 952—73 in Pentat. ap. Munk, Tanhoum p. 104) [1]. Praeterea occurrunt antiquiores Karaei, ut *Anan* et *Benjamin* [Nehawendi] in loco historico-chronologico et polemico notabili f. 162a [2]), *Abu-Sari* (f. 176: נועם הוא ישמעאל ואדום וחבלים הם הרבנים אשר הם מחבלים ומשחיתים לישראל וכאשר יוגדע ישמעאל ואדום אז יראו ס׳ גבורים).

---

1) Comm. in Threnos compos. A. 953 a Pinsker (l. c. supra p. 6) tributur *Salmoni b. Jerucham*, sed v. ad Cod. *W.* 41.

2) Adde excerpta ap. *Dukes*, Beitr. p. 26, 30.

Alii loci quoque polemici contra Muhammedanos fortasse genuini sunt, ut f. 170: ,ואולם ישכן בה ממזר חה הממזר הוא מן ישראל ר״א הוא ישמעאל; f. 172 a: ר״א ואכלו ושתו המה כי יצא אליהו עם המתנות בנ׳ רועים אל ארץ אדום להלחם בם וכאשר יקרבו אל קושטנדינא אז ישבו שם ישראל. Commentarius universe stylo scriptus est perspicuo, brevibusque sententiis insigni. Commentarius in Prophetas minores, si librum cursim perlustranti judicium ferre licet, a priore non multum est diversus. Rarius tamen hîc offenditur opinio, ut ajunt, secundaria (ר״א = דבר אחר, וי״א = ויש אומרים), quam in Prophetis prioribus (fortasse quia de his plures exposuerunt auctores); hîc enim vocibus explicandis tantum praemitti solet מש׳ (i. e. משנה, Arab. معنى). Rariores porro in posteriore parte sunt explicationes *Graecae* (ut e. g. f. 77 in Amos, 78 v. cet.). Adagiis deinde utitur passim Rabbinorum, ut de 9 Ab (f. 169): כי זה עשו של ברי [בראי] שאפי׳ אמת אם יאמר אין שומען לו (cf. Dukes, Rabb. Blumenl. p. 175 n. 358).

2) (f. 196) דרשה (זאת היא). (Haec est) *Concio;* pergitur: כתוב ויצא חוטר מגזע ישי ... בישעיה וכתוב צאינה וראינה בנות ציון או תאמר עין בס׳ משלי כתו׳ שתה מים .... Concio ipsa, seu potius sciagraphia, sic orditur: יתברך וישתבח ויתפאר ... שם הגדול הגבור ... שם הטוב והנעים; dein f. 202: ותחבר הנה פרש׳ של שבת של יומו ועוד תשוב אל פסוק אם אשכחן וגו׳; — f. 204: דרשה על אבל ועל מת *Concio* in luctum et mortuum, incipiens: כתו׳ היתה עלי יד ה׳ עד ונתתי רוחי, desinit f. 213 v.: שמחו את ירושלים וגילו בה וגו׳; denique ביחזקאל בסדר חרקתי עליכם, vel incepta tantum est, vel est appendiculus. *W*[3] l. c. minus exacte: »duae conciones funebres et ejusdem fortasse auctoris"; posterius certe negandum, etiam si ad retractatorem operis 1[i] id retuleris.

WARN. 13.

[Codd. II compacti, chart. fol., ff. 115. Cod. I fol. 1—59 (postremo albo) opp. 4, charact. Hisp. majore distincto; sed a scribâ ignorantissimo exaratus, qui ne abbrev. אשב"ת et שב"ת quidem intellexit, unde eam non distinguit, vel cum praecedentibus conjungit! Cod. II charact. Hisp. complicato jam evanescente; ff. 70—76 (incl.) suppleta, ut vid., sunt manu Italo-Germ.; in fine f. 114 post epigr. auctoris op. postremi (v. sub 5) sic lego: כתבתיו אני לעצמי משה קרבידה בחדש טבת שנת קנז פה קנדיאה השם יזכני להגות בו ולהוציא לאור תעלומותיו ולהשכילם ע"ד תקון הנפש »scripsi ego mihi ipsi (in usum meum) *Moses Caravida* mense Tebet A. 157 (1396—7) hîc *Candiae* (Cretae) cet." Ergo op. 5 auctoris Mos. Narb. *autographon* in urbe Narbonne exaratum ex nominibus illis, non recte redditis, exsculpsit *Dukes*, Litbl. VIII, 404! — קרבידה idem videtur nomen ac קראבידא (»*Kraveda*" ap. *Zunz*, zur Gesch. p. 472), קרוויטה (»*Krovetha* vel *Karvetha*" ap. *De Rossi*, Annal. Saec.[i] XV[i] p. 25 col. 2 infra; cf. *Erschii* Encykl. S. II vol. 28, p. 34 n. 9), קראויטה (Jehuda b. Josef [praecedentis filius?] A. 1504, testis subscribens Cod. Par. 3, sec. excerptum B. Goldberg). Mos. *Caravite* A. 1171 ex urbe Carcassonne e fontibus non hebr. laudatur a S. *Cassel* ap. Ersch. S. II vol. 27 p. 108 n. 77; auctorem Christianum Prosp. »*Caravita*" v. in Catal. Bibl. Bodl. universali I, 424 b.]

1) **אותות השמים**, *signa coeli*, i. e. *Meteorologia*, auctore seu interprete SAMUEL IBN TIBBON, quem »nusquam invenit" *W*³ p. 1175, quia ejus praefatio (incipiens in hoc Cod. הספר הזה בשם אותות השמים) initio truncata. Disseritur in eâ de titulo hujus libri, seu denominatione hebr., אותות השמים vel אותות העליונים, secundum Biblia et dicta Rabbinorum. Samuel noster in postscripto epistolae interrogatoriae ad Maimonidem A. 1199 (v. *Catal.* meum p. 1900) ab hoc quaerit, utra sit versio idonea Arabici الآثار العلوية. In fine praef. nostrae

diserte אותו׳ השמים praefert; et hinc in versione libri *Moreh* locis, ubi occurrit, pro א׳ שליתות se substituisse א׳ השמים ait. Opus nostrum inter compositionem et *versionem* ex Arabico medium tenet locum. Sequitur enim auctor potissimum *Aristotelem*, ut patet ex initio ipsius libri (prout nimirum orditur Cod. *Mich.* 38, paullo a nostro discrepans): אמר שבת [שמואל בן תבון] אמר הפילוסוף בעבור שהקדמנו לזכור הסבות הטבעיות הראשונות; suis vero notis librum auxit, per אשב״ת vel שב״ת distinctis (excepto, ut puto, libro IV, quem cursim evolvens, signo illo destitutum vidi), potissimum ex *Alexandro* [Aphrodisio], *Avicennâ* et *Averroe* petitis, ita ut passim postremi Comm. *medius*, e. g. lib. I cap. II (f. 184 v. ed. 1550), verbotenus fere congruat cum libro nostro (f. 4 v., ubi vero locus desideratur, quo in Cod. Mich. f. 60 אמטמה pro »Italia" legitur). Notae illae observationes continent criticas, ad historiam versionum Arabicarum et Commentationum in Aristotelem utiles, ut e. g. f. 2 v. de versionibus *Al-Batrik* (v. ad Cod. W. 20), et *Honein b. Ishak* cet. [1]). Cod. noster sic absolvitur: הרוכה להם מן ההויות בג׳ השי״ הטובה וכו׳ תם תם תשלם ס׳ האותות. In aliis Codd. (v. *Catal.* s. v.) exstat epigr., ubi »versio tractatus IV" finita dicitur feriâ II, die 12° mensis Tammus A. 970 (i. e. 1210; v. *Catal.* p. 1895), non 909 (תתקט pro תתקע), ut miro errore legit *De Rossi* ad Cod. 423,⁶. In Codd. pluribus liber jam initio »versus" dicitur in gratiam *Josef b. Israel* cet. (v. *Catal.* sub Samuel Ibn Tibbon).

2) (f. 20) **אחר הטבע** (המאמר הראשון מחכמת אלהית תקרא), *Meta-*

---

[1]) Judicium de his interpretibus ex Ibn Abi Oseibia (cap. 27) allatum a *Wenrich*, de auctor. graecor. p. 33, jam paullo antea offenditur ap. *Maimonidem*, Aphorism. cap. 24 (v. quae scripsi in period. Oesterreichische Blätter 1845 p. 92); cf. quoque *Herbelot*, s. v. Batric (I, 604 ed. Germ. 1785).

physica ARISTOTELIS ex versione hebr. per JEHUDA B. SALOMO KOHEN, cujus epigraphen (f. 35) neglexit *W.* (l. c. sub op. 1), ubi memorabilis est scriptio אבירואס »*Averroes*", Codici nostro peculiaris; nullibi enim hucusque apud veteres Judaeos aliud offendi nomen praeter genuinum אבן רשד [1]). Totus liber vero pars est libri מדרש החכמה (de quo fusius agemus sub Cod. W. 20), quod omnino non animadvertit *Dukes*, Litbl. VIII, 404; IX, 197 (Cod. *Paris.*, a. f. 305); tandem (IX, 358) identitatem quasi suspicatur (»vielleicht").

3) (f. 37) ספר היסודות, Lib. *de Elementis*, auctore Arabico ISAK ISRAELI (ob. A. 942—52), hebr. per ABRAHAM IBN CHISDAI B. SAMUEL (cf. *W*[3] p. 583) jussu *David Kimchi* (sec. praef.). Orditur a carmine (exstante e. g. in Cod. *De Rossi* 423), quod auctorem, interpretem et titulum indicat, incipiente: קחו ספר לכסות בא בחירות ושם עדות וחוקים לתעודות, ubi in eâdem lineâ sic pergitur: בלי נרות חפש לב מזמות (vox מזמות vero superius addita). Carmen ita exaratum est, ut quaevis linea 3 contineat hemist. [2]), lin. 3 et 4 melius dispositae, sunt:

ואברהם בן שמואל העתיקו ללשון משכנותיו מה ידידות
והפשיט לבושי מחלצותיו והלבישו בגדיו התמורות
ועבד בו עבודת אהבה כי מאד ערבו ומתקו העבודות.

Exstat f. 37 v. praefatio interpretis, (minus correcta quam in Cod. *Mich.* 408), e quâ locus de vitâ auctoris excerptus a *Dukes* editus est in Litbl. IV, 231, auctis erroribus non mere typographicis, ut: lin. 11 pro בהגדה ובמצותיו למלא legitur in Cod. nostro בתורה ובמצוה מצותיו ומלאת. Nomen etiam

---

1) De »*Avenroistis*" (אבנרואישטי) eorumque adversariis loquitur *Hillel b. Samuel* Romanus (תגמולי הנפש ms.) eodem fere tempore, quo contra eos scripserunt Albertus et Thomas (cf. *Renan* p. 190, 214).

2) Carmen finale in Cod. *Mich.* incipit: ראו ספר; cf. de hujusmodi carminibus *Catal.* p. 2282, ubi addendus Serachja Levi.

auctoris Arab., cujus notam biogr. de Isak Israeli inserit interpres, non צאנת, sed צאנר legitur, pro צאער (v. *Catal.* meum p. 1114 et sub Cod. W. 56,[8]). Annus fatalis תקק, certe quidem corruptus, ex merâ conjecturâ תתק excusus [1]). Liber ipse in Codd. hebr. raro integer cum edito Latino convenit (v. *Catal.* meum p. 1119 op. 2), sed carminis interpretis finalis 4 tantum lineae exstant, ad תם שלים ויורדים בו usque. Obiter monebo, Cod. Uri 408 in fine imperfectum esse; 11 ff. ultima enim fragmenta exhibent Comm. magni *Averrois* in lib. de plantis, hucusque desiderati.

4) (f. 52 v.) ס׳ משרת משה, *Servus Mosis*, cujus auctor a scribâ recentiore ignorante in epigr. (ap. *Dukes* Litbl. VIII, 405, et male Latine verso ap. *W*[3] p. 969) »Moses" dicitur. Est vero KALONYMOS quidam, de quo, ut de opere etiam apologetico in Mosen Maimonidem satis disserui in *Catal.* p. 1572-4.

5) *Commentarius* in lib. מורה נבוכים Mosis Maimonidis, auctore MOSE NARBONI, quem nuper (A. 1852) ex Cod. uno non integro Vindob. quam pessime edidit *Goldenthal* (v. *Catal.* p. 1975-7). Sed neque librum editum ad manus habui in Biblioth. Leyd., neque Codicis nostri species (quae procul dubio *Wfium*[3] p. 802 impedivit, quominus ipsum argumentum recognosceret!) lectiones cito eligere permittit; unam tamen quaesivi ad I cap. 28 (f. 62): רין יוסף ן׳ אבקאר; hîc ergo etiam nomen corruptum est! (cf. Ersch, Encykl. S. II vol. 31 p. 100). Exstat in fine (f. 114) epilogus et epigraphe auctoris scripta feriâ III. 1. Ijjar 5122 (1362) Soriae cet., quae frustra in edito quaesiveris, eaque excipit epigr. scribae (v. supra).

---

1) Ex Litbl. rursus errores repetit et auxit *Edelmann* (praef. ad גדולת שאול Lond. 1854 p. VIII), qui Oxonii correctiora describere potuerit. Nomen בכם שעה jam a *Lebrecht* recte emendatum, in קוסם שעה (!) emendare vult scriptor linguae hebr. ac literaturae pariter ignarus.

6) (f. 115) הפרק העשירי מהחלק השני מהמאמר בחדוש העולם לספר מלחמת ה׳, Cap. 10 partis II tractatus de creatione mundi ex lib. *Bella Dei*, auctore LEVI B. GERSON, edito (v. *Catal.* p. 1609).

WARN. 14.

[Cod. chart. fol., ff. 245, charact. ad f. 232 usque majore robusto (v. Specimen ex f. 106), forsan inter Karaiticos hujus Bibliothecae *antiquissimus*, quem suum dicit *Jehuda*, seu *Gur Arje b. Menachem* רכיצו (v. ad Cod. 30, [4]), cujus monogramma complicatum (f. 1), paullo lucidius in Cod. *W.* 41, et in sigillo in Cod. *W.* 52 legi potest. Lineae ultimae passim in lineolas obliquas dissolutae et disjectae sunt.].

1) [גן עדן] Hortus Eden, auctore Karaeo AHRON B. ELIA; incip.: שויתי ה׳ לנגדי, i. e. sectio טמאה, ut Cod. W. 21 f. 129, et, ut in eo, desinens f. 233 v.

2) (f. 234 a) אגרת, *Epistola* auctore SALOMO NASI ad *Ahron b. Jehuda.* Genealogia, subscripto auctoris nomini subjuncta (f. 242), usque ad Anan tantum adscendit, ita ut post והאיר עיני בני המקרא claudetur: וכלל הנשיאים הגדולים ראשי הגליות לברכה ולתהלה ולכבוד אמן סלה, atque nominibus enumeratis unum tantum epitheton נשיא addatur, omissis aliis appositis in Cod. *W* 52, [12], ubi vide notanda.

3) (f. 242 v.) [חידה] *Aenigma:*

הקבצו נא מתי בינה ראות (sic) פלאי ותתמהו
אשר היו בעיר אחד (!) מתי מספר בארבעה
וגם אחד מבניהם וקבץ מחנות שבעים
והכניסם בכור ברזל והוציאו אשה יפה
ושמוה בצר צדיק וקראו את שמה שרה
ואם תמצא בחידתי אני אקנה לך . . .

Vox ultima, lacerata partim, forsan est *עשרה*, quae aenigmatis solutio videtur, quamquam, si id recte suspicamur, metrum non accurate observatum est.

4) (ib.) כ״י יח׳ס׳ד׳י׳ וו **האגרת** אשר שלח אותה החכם משכילנו רבינו ישראל המערבי מאור עינינו אודות הסכה אשר בקהל אחד שאיש אחד נשא אשה ונתן לה בתוך ערים רבים טבעת אחד כרוך קנין . . ., *Epistola* ISRAEL HA-MAARABI (v. Cod. W. 60, [2]), inquirens utrum uxor, quae a marito repudiata annulum retinuerit sponsorium, postquam alii nupserit viro, etiam secundo illicita sit. Reponsi fragmentum (quod jam f. 244 v. excipit aliud fragm. mihi ignotum) incipit: הקשיבו אחי ורעי בני ישראל יראי יי׳ חושקים בתורתו ושכבים ושוקדים בעבודתו; citatur in medio fragmento *Jeschua b. Jehuda*, ejusque liber הערות.

WARN. 15.

[Cod. chart. fol., ff. 147, ubique *eodem* charact. Hisp. majore magreb. sed lucido; quem vero saec.º XVº non superiorem esse existimo. Epigr. enim *Mosis Narbonii* ad opus ultimum, scriptum in urbe Cervera (sic) 25 Tebet 5108 (i. e. 28 Decembr. 1347) [1]) e Cod. prototypo descriptum esse videtur. Huic nempe eâdem manu et ductu eodem nota medica adjungitur, 3 lineis: הוראה עצם התורה והמורה פועל גרעני מרבילה מבושלים סרטן או ארצמירה, quam Narbonium ita, nullo interposito signo, scripsisse non putem, neque etiam hujus Cod. errores doctissimo auctori tribuam. Possessoris nomen non distincte scriptum (f. 1) *Abraham* .. פוליאסט legendum censeo: פוליאסטרו *Poliastro* (i. e. Policastro ?).]

1) ס׳ **הפלת ההפלה** תקומה למפלתן של פילוסופים, L. cui titulus: *Destructio destructionis* (ut vulgo vertitur), «erectio (liberatio)

---

[1]) Hebr. editum est a *Dukes* Litbl. IV, 140, erroribus refertum ex oscitantiâ descriptoris oriundis (praeter leviores forsan typogr., ut להישיר pro והישיר, עים pro עמהן, עללני pro הגלני); scribit nimirum 24 Ab, et urbem סיווילא (!), neque in Cod. ipso legitur ושמנים, quod שמנה emendat, sed diserte ושמונה, atque in fine ישמרהו האל, non וצורו; initio bis scripta videtur vox אשר, sed secundam potius חבר legam.

prostratione Philosophorum." In epigraphe [1]) traditur, librum a nonnullis ס׳ התקומה nominari [cf. de Arab. כתאב אלקיאם in Cod. Vat. 426, [2], *Catal.* meum sub Gazzali p. 1001], se [scribam?] vero eum ס׳ הברית *L. Foederis* nuncupavisse, quia auctor *AVERROES* in eo foedus iniverit cum veritate ejusque amicis, nimirum Philosophis. Interpretis nomen neque in hoc, neque in Cod. 6, cum nostro potissimum consentiente, affertur; neque ex locis nonnullis inter se collatis mihi omnino constat, utrum versio in Codicibus his duobus primitus eadem sit atque versio obvia in Cod. *W.* 18 (= 36), ad quem fusius de interprete agam. Incipit opus in Cod. nostro (et Cod. 6), sine praef. interpr., a verbis: אחרי שבח האל ית׳ הנה הכונה בזה המאמר שנבאר סדרי המאמרים המקוימים. Vox המקוימים desideratur in Cod. 6 f. 247 v. Desinit noster; גאלינוס איש אחד והרמת ראש אל שרבר ... ולהסיר המכשלה בטובו וחסדו . נשלם הספר והאל המשובח לנצח . נשלם הספר הנפלא cet. Cod. 6 post וחסדו pergit: ובהשלמת זה נשלם ספר הפלת ההפלה לאבן רשד הקרטבי תהלה לאל.

2) (f. 104) ס׳ הבדל הנאמר במה שבין התורה והחכמה מן הדבקות חבור החכם בן רשד, *Distinctio* [2]) *dicti de conjunctione inter legem* (theologiam) *et scientiam* (philosophiam), ex Arabico *AVERROIS* (v. op. sequ.) hebr. per *Anonymum.* Incipit: [in Cod. Mich. הסבה] אולם אחר שבח האל בכל שבחיו הנה הכונה בזה המאמר שנחקור על צד העיון התוריי אם העיון בפילוסופיאה וידיעת ההגיון מותר בתורה אם נמנע ואם מצוה אם וצד ההבאה אליו או צד החוב ונאמר אם היה פועל הפילוסופיאה אינו דבר יותר וכו׳. Finis (f. 110 v.): נשאו משפל

---

[1]) Apud *Dukes* l. c., ubi pro שיחדו הוא l. ש׳ האל, nomen auctoris non בן רשד, sed corruptum בן דרד legitur in Codice.

[2]) *Wüstenfeld* sub Averroe p. 107 n. 22 «Distinctio sententiae cet." vertit; vide *Gayangos* ap. *Renan* p. 54 (et *Munk* in Dict. des sciences phil. s. v. III, 163), ubi »Critique"; tit. Arab. in Cod. Paris. (ex apogr. cl. *Dozy*) est فصل المقال فى الموافقه بين السنة (!) والشريعة.

המקבלים והשפילו מרום המדברים והעיר הסגולות על רחב העיון והתמים כשרש התורה והאל המסכים והמישיר ברחמיו ועימותו . תם שבח למי שראוי לו על הכל.
Alii hujus operis, digni quod edatur (deperdito ut videtur Arabico textu), Codices sunt sequentes: alter noster W. 56, ubi auctor השופט, Iudex, nuncupatur (v. ad op. 3), *Mich.* 176 (in fine trunc.) et *Paris.* a. f. 345. Conferatur quoque ejusdem thematis solutio apud Judaeos *Schemtob Palquera* et *Josef b. Schemtob* (v. s. v. in Erschii Encykl. S. II. vol. 31 p. 91). Prior (Saec. XIII. medio) titulum nostrum fortasse imitatus est in libello suo: אגרת הויכוח בביאור ההסכמה, אשר בין התורה והחכמה (v. מבקש f. 2b et *Catal.* meum s. v.).

3) (f. 110 v.) דרכי הראיות בסברות הדת לשופט בן רשד, *Viae demonstrationum quoad opiniones religionis* ex Arabico *judicis* AVERROIS, hebr. per *Anonymum*. Incipit: אמר בן רשד אחר שבח האל אשר ייחד מי שרצה בחכמתו והסכים מהם להבנת הישרתו ולהמשך לחקיו והשפיעם מאמתת ידישתו ומוכן (sic) נבואתו ומכוון ספרו השלוח כפי אשר התבאר בו אצלם מנטיית הנוטים מאנשי דתו ונטית המבטלים מאמתתו וגלה להם מהבאור מה שלא השיב האל אליו · הנה אחר שבארנו קודם זה במאמר הפרדנוהו הסכמת החכמה לתורה ומצות התורה בו ואמרנו שם שהתורה שני חלקים נגלה ומתבאר [תנסתר glossa] ושהנגלה ממנה הוא הנחת ההמון ושהמבואר הוא הנחת החכמים ואולם ההמון בו לקיחתו על נגלהו ועזיבת באורו ושלא יותר לחכמים שיגלה באורו להמון וכמו שאמר עלי בן אבי טלאב (sic) ספרו לאנשים מה שיבינו התרצו שיכזב האל ושלוחו כבר ראיתי שאחקור בזה הספר מהנגלה מהסברות אשר כונה התורה שיקחו ההמון אותם ונדקדק בזה מכוון התורי׳ כפי ההשתדלות והיכלת כי האנשים כבר התבלבלו בזה הענין בלבול רב בזאת התורה עד [ש]נתחדשו כתות טועות וחלוקות חולקות כל אחד מהם יראה שהוא על התורה היותר ראוי וכו׳. Opusculum constat capp. 5, quorum 3. (f. 117), de praedicamentis Dei, et de hypostasiâ *Christianorum* agit, cap. 5 בידיעת הפעולות (f. 124) quaestiones 5 absolvit: 1) הידוש העולם, 2) (f. 127) בשליחות השלוחים, 3) (f. 130) במשפט והיושר, 4) (f. 132) בעול והיושר, 5) (f. 133 v.) בישוד, finis (f. 135 v.) כלם אלה החלקים הארבעה . והחפץ אשר כוונו בזה הספר כבר נשלם ואמנם הקדמנוהו כי ראינוהו יותר נחשב שבכונות

הנתלות בתורה והאל המסכים לנכון והמשיב גמול בטובו וחסדו . נשלם וכו׳ בסברות הדת שבח לאל... Tit. ergo bis legitur diserte סברות (non חברות vel הכרות, ut ap. *Dukes*, l. c.). Hunc librum »Commentatoris" Averr. verbis בסברות הדת אשר עשה putem citari ab Abravanelio (מפעלות אלהים IX, 7 f. 67r. ed. 1592, ap. del Medigo, נובלות חכמה f. 101), qui Gersonidem nonnulla ex eo petivisse contendit. Etiam si postremus versione hebr. nondum usus fuerit, interpretem hebr. ignotum virum habeam Saec. XIV medio superiorem. Hebraico titulo respondet tit. Arab. (ut puto, a scribâ quodam auctus): كتاب الكشف فى مناهج الادلة فى عقايد الملة, in Cod. Escur. 629, [2]. Hunc *Wüstenfeld* p. 107 sub num. 18 laudat, non diversus tamen est a praeced. sub 17 (ex Ibn Abi Osaib.; cf. *Munk* et *Renan* ll. modo citatis): »Via recta argum. de scientià fundamentorum" (suppl. »fidei"). Addenda est ap. Wüst. versio nostra, exstans quoque in Cod. *Orat.* 111. De auctore hujus tractatûs, Averroe celeberrimo, ut etiam tractatûs praecedentis (cujus continuatio noster tractatus diserte fertur in initio, excerpto supra p. 42), minime dubitant auctores citati hodierni. Diserte contra *Simon Duran* (A. 1423) in op. קשת ומגן [1]) auctorem fert *Averroem judicem, avum* Commentatoris, seu junioris (הבחור) [2]), qui inde »prior" (הראשון = הא׳), seu senis, i. e. senior (הזקן) nuncupatur; v. speciatim קשת ומגן f. 19: מדרכי הראיות באמונות, et 23 v., atque מגן אבות f. 5 infra et f. 28 v.: וראיתי לבן רשד בספרו שחזר להשוות התורה עם הפילוס׳; denique בי״ר הזקן apud ipsum Abrav. l. c. f. 67 col. 4! Obstat tamen A. H. 575 in Cod. Arab.

---

[1]) Locos ex tractatu nostro citatos, in lib. edito et in MS. Bodl. (Uri 321) corruptos, emendaturus sum in ed. novâ (cum Vers. Germ.), jam abhinc 10 annis promissâ, sed, his subsidiis deficientibus, hactenus procrastinatâ.

[2]) Cf. *Renan* p. 11, ubi »le neveu," pro »grand-fils" (حفيد).

Escur.; forsitan origo fabulae de Averrois *filiis* ex op. nostro et tractatu de intellectu (v. ad Codd. W. 6,[3] et 20,[3]) ducenda est?

4) (f. 135 v. Lib. sine tit., sic incip. אמר הזקן החכם הנכבר הפילוס׳ אבו אלחגאגי (sic) יוסף בן יחיי הישראלי המערבי נאמר אחר שבח מי שראוי לו השבח על מה שהשפיע מאור השכל אשר הוא יותר נכבר מברואיו ויותר משלה מיצוריו והעזר בו שהוא עזר והתהלה על כל נביאיו יחד שמי שנתן לו האל מן השכל וכו׳ וכו׳ ולמה שקרה על ארותנו סדור התורה עדות המעלות מקבץ הפרדתם באחריות והראשיות תשובת אל הידיעה על שאלת מי ששאלו ממחויב המציאות ואכות [1] סדור הדברים ממנו וחדוש העולם על דעת השכלים בדרכם והתוריים בדרכם והקפידה שיעשה בראיותנו תיבת הקדמון בהסכמת השכלים והמחודש בהסכמת התוריים [2] או בהיפך חקרתי עתה התשובה וראיותיה בלתי מספקת במכון ושלמה בביאור השאלה המוגבלת וכו׳. Est ergo refutatio *critica* (replicatio, ut ajunt) *Responsi ad Quaestiones 3 de necessarie existente et qualitate* (seu *modo*) *ordinationis* (i. e. *derivationis*) *rerum ab eo et de creatione mundi* secundum Philosophos et Theologos. Auctor opusculi, sine dubio ex Arabico, ab *Anonymo* antiquiore, et idiomatis philosophici nondum perito, versi, ABU 'L HAGG'AG JUSSUF B. JAHJA Israëlita Mauritanus, idem est atque JOSEF B. JEHUDA IBN AKNIN, discipulus *Maimonidis*. Postremi esse responsum ab auctore examinatum, non praeter rem suspicatur *Munk*, qui opus nostrum in Cod. *Orat.* 111 detexit et delineavit in Dissertatione ex J. A.

---

[1]) F. 139 initio quaest. 2 et in fine, ut in Cod. Lips. etiam hoc loco, diserte איכות, ut jam ex conjecturâ legi in Zeitschr. a Frankel editâ A. 1845 p. 119, contra *Munk*, qui אבות legit et »principia" vertit, nullo exemplo adjutus.

[2]) Hujus formae, pro formâ nunc vulgari תורניים, v. exempla ex variis interpretibus et auctoribus ap. *Dukes*, נחל קדומים p. 4, 31, ubi adde nostrum et Jedaja Penini, לשון הזהב f. 13 v., Mosen Narboni in Chai, lib. 7, Jos. b. Schemtob Comm. in epist. P. Duran, ubi הפילוסופיים האלהיים והתוריים, i. e. Philosophi, Metaphysici et Dogmatici.

1842 separatim excusâ p. 56. Cod. nostri inscriptionem dedit *Dukes* (Litbl. IV, 139). Idem opusculum exstare in Cod. *Lips.* XLg (valde manco) et *Monach.* 35, [10], et quidem inter quaestt. philoss. (unde fortasse etiam in aliis Codd.) monui sub Josef Ibn Aknin in Erschii Encykl. S. II vol. 31 p. 57 (ubi quae contra Munk de nomine et opp. auctoris disserui, novo probavi testimonio in *Catal.* p. 1442, et sub Samuel Nagid) [1]. Dissertatio non modo responsum criticae subjicit disquisitioni, sed ipsa materias retractat; in his de creatione agit, disputatione (f. 140) institutâ inter Philosophum et בעל החידוש. Finis est (f. 141 v.) הנה כבר הבאנו תשובת הדרושים השלשה והם קיום מחויב המציאות על דעת החכמים והתוריים ואיכות סדור הדברים ממנו וקיום חדוש העולם וקראנו תיבת הקדמון בלתי מותחל המציאות ותיבת המחודש ההוה אחר שלא היה להמלט מן השתוף הנעשה במאמרי החכמים בקדמון והמחודש כפי בקיאות השואל . וכבר ראוי שנפסיק המאמר הנה . והאל המסכים לנכון ית׳ שמו אמן.

5) (f. 142) מאמר אבו חאמר אלגזלי בתשובת שאלות נשאל מהם, *Tractatus Abu Hamid al-Gazzali*, seu *responsio ad quaestiones ei datas.* Sic incipit: אמר דע ראשונה שמספר הגלגלים המקיפים בכל תנועות הככבים שמנה; finis (f. 147 v.) והבורא ית׳ אינו מחודש בנפש ולא הוא גשם כאשר יפול בדמיון ואין לו דמות ולא המשל ושלא יושג בכמו אלה הבטולים אבל אין כמהו דבר כללו יתעלה עלוי רב. Sequitur monitum: ואנחנו אומרים למי שהגיעו אליו דברינו אלה שלא יוציאם אלא למי שיהיה ישר בהבנתו ויהיה בו מחשבה טובה וכבר אמר [2] עליו השלום ספרו לאנשים כאשר ידעו . ולאל ית׳ אשאל שיגיענו להצלחה היותר טובה והיותר שלימה וילבישנו לבוש היותר צבוע ממנה ויעדנו עדי היותר זך ממנה בחסדו

---

[1]) Quod attinet opusculum nostrum, ad Ersch. p. 50 n. 30a et p. 57 n. 94 adde *Mos. Narbonium* in עצם הגלגל, ubi accuratius אבו חמד ויוסף בן יחיי, atque ad Comm. in כוונות revocatur. Is ergo fuerit fons Abravanelii et aliorum.

[2]) Supplendum est nomen *Ibn Abbas*, qui nominatur ab Averroe in Cod. W. 18, vel *Ali b. Abi Thalib*, de quo vid. supra p. 42.

ודקות מלאכתו שהוא חיל טוב תעים · נשלם הספר והעיון (sic) ברמז אל הידיעה האמתית מדברי הח׳ אבוחאמד אלגאזלי (sic) שבח לאל. Agmen claudit nota scribae (Cod. archetypi?) Mosis Narbonii, qui interpretem ex Arab. nominat tunc adhuc viventem ISAK B. NATAN (cf. *Catal.* meum p. 1143, ubi A. 1348 minus accurate repetitur ex Dukes, et p. 1973). Idem Narbonius opus ab auctore compositum dicit, ut revelet verum suum consilium in scribendo opere Destruct. Philosophorum (idem refert Narbonius in initio Comm. sui in lib. Intentiones Phil., Cod. W. 6 et 45; cf. excerptum hebr. ap. *Dukes*, Litbl. XI, 458, et Lat. apud *Delitzsch*, Catal. p. 291; cf. *Renan* p. 74; ex Narb. forsan *Elia Bashiatshi*, אדרת de novil. cap. 6 f. 6 col. 3). Hinc non dubito, quin dissertatiuncula (קנטריס seu כונת הכונות) ff. 6 in Cod. Paris. a. f. 345 (ap. Dukes l. c.) non alia sit ac nostra. Eam suspicor exstare quoque in Cod. *Monach.* 35,[11] (»Abu Matromet (sic) Algazali über Astronomie" ap. *Lilienthal*), ubi praecedit idem opus atque in Cod. nostro, et in Cod. Lips. XL, g f. 197 b (*Delitzsch* p. 305 ne titulum quidem specialem dedit). Titulus vero ס׳ העיון, quem ex Cod. amicissimi *Almanzi* olim tradidi (in epigr. ad Rapoportii epistol., in limine Maimonidis tract. de Unitate), petitus fuit ex loco in fine libri obvio, supra excerpto, ubi in Cod. illo legitur (ut modo cl. Luzzatto mecum communicavit): נשלם זה העיון. Alius vero quasi-titulus eodem loco occurrens, recurrit quoque in loco citato a Narbonio, in Comm. in Hai (Cod. W. 6) in initio fere, ubi: וכבר הביא המאמרים ההם בעצמם אבו חאמד כשאמר בסוף האגרת ברמז אל הידיעה האמתית אשר כלל בה כל מה שזכר בס׳ הכונות והחזיק בשרשים לבלתי המשך אחר ספרו המכונה ההפלה אשר הוכרח לחברו כאשר אי אפשר לו ההגדלה והכבוד בזולת זה האופן זה לשונו : ואולם בעלי השתדלות וכו׳ וכו׳ (ad finem usque libri nostri: עלוי רב, ut desinit quoque Cod. Lips.). Librum nostrum hebr. et interpretem frustra quaeris apud Bibliographos

hebr., et apud auctores de Gazzalio recentiores: *Wüstenfeld*, *v. Hammer*, *Schmölders*, et nisi fallor, etiam *Munk* (Dict. des sciences phil. II, 509). Arabicum vero exstare suspicor in Cod. (initio manco) *Escur.* 937 (ap. *Wüstenf.*, die Acad. p. 19 n. 71 »de astrorum motu cet."), ubi sec. *Casirium* p. 377 tractatus tripartitus: de astrorum naturâ et motu, 2) de Dei existentiâ ejusque attributis, 3) de verâ religione. Titulum Arabicum nescio, nisi idem fuerit opus quod vocatur: الجوابة المسكتة عن الاسائلة المبهتة ap. H. Ch. n. 99, ap. Wüstenf. p. 15 op. 5??

WARN. 16.

[Cod. chart. fol., ff. 412, charact. Hisp. medio (v. Specimen), inscriptus *J. van Hill* Lit. M.; loci nonnulli a *Warnero* notati sunt.]

(Sic) כתר תורה למורינו ר׳ אהרן בר אליאו ניקומידאו, *Corona legis*, i. e. Comm. in Pentat., auctore Karaeo AHRON B. ELIA *Nicomedensi*, compositus A. 1362 (v. carm. et finem). Specimina edidit *J. G. L. Kosegarten:* Libri Corona legis cet. ab Aharone b. Elihu (sic!) conscripti aliquot particulas, ex binis codd., altero Jenensi, altero Lugd., primus edid. lat. vertit atque illustravit. 4°. Jenae 1824 (cf. *Delitzsch* ad auctoris עץ חיים p. VI). Ibi p. 6 *Jenensis* describitur Cod. 396, et p. 9 Cod. noster, qui jure, si lectiones spectes, inferior et minus perfectus censetur; ita e. g. initio (ubi שארית in marg. corrigitur שרית) desiderantur verba: ואפשר ... אחרית; pro כי טעם עם ap. Koseg. p. 53, hîc legitur אם! Alios de Ahrone auctores v. ap. Koseg. p. 9 (cf. *Catal.* meum p. 720). Orditur Liber, praemissis formulis nonnullis, a carmine [1]) incipiente אמתי לב (sic) מיחדו אל קדואים, cujus 4 lineae primae acrost. אהרן exhibent. Koseg., id non animadvertens, ordinem invertit; praeterea excerpta (neglectis

---

[1]) E Cod. *Vindob.* XXXV rursus editum est in Catal. p. 40, ac dein-

tantum spatiis, in Cod. nostro observatis) optime edidit. In praefatione (p. 19) id unum offendi monendum: lin. 8 הרכבות pro הרכבת, (et haec forsan forma est rarior, legenda הרכבות). Versio Latina non ubique est accurata (v. *Jost*, Israel. Annal. III, 296). Partem de differentiâ inter Kar. et Rabb. Germanice tractavit *Delitzsch*, Litbl. I, 500 sq. — Commentarius ipse universe brevior, in dogmaticis atque philosophicis uberior est. Ita f. 203 v. (ad Exod. 31, 3 בחכמה בתבונה ובדעת) excursus inseritur psychologico-cosmologicus. Passim revocatur ad auctoris opera (sic) עץ החיים e. g. f. 65 (פ׳ ויצא), f. 106 v. (פ׳ שמות), f. 155 (פ׳ יתרו), et ס׳ המצות e. g. f. 167 (פ׳ משפטים). *Masorethas* (אנשי המזרח ואנשי המערב, בעל המסורת) citat (f. 67 v. יששכר), quos Karaeos generatim sequi monet Munk (Not. sur Aboulw. p. 39). Praeter Codd. laudatos (p. 47 n. 1) exstat fragmentum ff. 5 Odessae (v. *Pinner*, Prospectus p. 79; cf. Litbl. VIII, 25). E Cod. Vindob. plura promisit *Gugenheimer* (Litbl. XII, 510); nonnulla ex Cod. ca. A. 1575 acquisito affert *Asarja de Rossi* (cf. Ker. Chem. V, 138) in opusculo utroque recens edito Lond. 1854. Karaei (ante A. 1845) editionem hujus libri una cum מבחר Ahronis b. Josef, et supercomm. מאמר מרדכי [auctore *Mardochai b. Nisan*] Vindob. aggressi sunt, cujus specimen (fol. 1) additum est Codici Vindobonensi.

WARN. 17.

[Cod. chart. 4⁰, ff. 415; charact. potissimum minore ad Italo-Germ. accedente (v. Specimen), partim majore. Scriba SABBATAI B. ELIA B. JOSEF B. ISRAEL [1] (29 Octobr. A. 1482) nomen

---

de e Cod. *Bislichis.* 51 (nunc in Bibl. Bodl., suo loco describendo) in additt. ad Catal. p. 37 (in utroque Cod. incip. אמוי אל); cf. emendationem in Ker. Chem. VIII, 24.

[1]) מפרוטו (non מפרווטו, ut inter alios errores in Catal. Vindob. p. 65) apud Kaleb Afend. in praemonito ad indicem editum נחל אשכול.

suum carmine indicat acrost. duplici שבתי, et pergit: בירוך נותן איילות לעבדו ידידו העבדו ומיחדו בלב נאמן יישר ותמים סובב פלכים בגזרת נואמו יהב שכל רוח אלף להבין טעמי מצות תורתו הנאמנה אשר הם מפורשים בספר הזה וכו׳ תצטשרתי לילות וימים להוציא לאור מה שיכולתי כי היה ההעתק מחוי ומעפש וישתבח האל שזכני והשלמתיו והיה זה ביום ג׳ לשבוע י״ו לחדש מרחשון של שנת הרמ״ג ליצירה והתהלה לאל העוזר אמן. Idem ergo videtur Cod. noster atque is quem *Kaleb Afendopolo* ad perficiendum indicem solum adhibuit. Ubi vero nomen מפרוטי indicatum viderit nescio! Inscriptus est Codex *J. van Hill*, Lit. Q.].

אשכול הכופר, *Botrys cypri*, opus theolog. notissimum, auctore Jehuda Hedessi (A. 1148), initio imperf. (quod non animadvertit W[3] p. 292); desiderantur enim 22 alphabeta; exstant vero f. 69, 70 alphabb. 99, 100, quae in op. edito (f. 42) »ubique exstincta” (נתבטלו) dicuntur. En locus (ex Alph. 99) de *Jesu* (v. *Jüd. Lit.* p. 409 n. 19, et *Catal.* p. 1527, et ad Cod. *Mich.* 70) יודעי התורה המקרא אומרים, כי ישוע איש מתוקן וחכם וצדיק בדבריו מתחלה היה לפני ישרים, ומדרך צדוקים וביתוסים היה בלבו לגמדים, ואסר גם הגירוש באשה במי (כמה ?) שאסרוך צדוקין. כתרוהו בני בירב על כי הוה מחליף דבריהם, והרגוהו והלך לו כאשר הרגו כמה צדיקים מוכיחים על דבריהם, בשמתא ובנידוי והרגו בתוכחת מלולו (sic) ובקשו להרוג גם לענן הנשיא. In cap. 100 lit. zain citantur libri veteres ס׳ נעימות אלמחטוי, מאירת־עינים, מחכימת פתי, הרתות, אוצר הנחמד, חכמת גבולים, מתוק לנפש, מרפא לעצם (cf. alph. 33 et 98 in fine). Carmina ultima, quorum initia Leydae notavi, congruere nunc video omnino cum op. edito. Clausula vero scribae est: תם ונחתם, עי אש תם, תבנית חותם.

Warn. 18.

[Cod. bomb. fol. ff. 200; charact. Hisp. non eleganti, sed distinctissimo, inscriptus *J. van Hill*, Lit. R.]

1) הפלת ההפלה, *Destructio destructionis* [1]) (seu *Prostratio Prostrationis*), i. e. *Refutatio* »refutationis Philosophorum" *Gazzalii* (Cod. W. 35) [2]), auctore Arabe *AVERROE*, interprete hebr. KALONYMOS B. DAVID B. TODROS, cujus praef. sic incipit: אמר המתרגם עד בשחק נאמן. Finis libri in Cod. W. 36, et *Mich.* 212: כי הוא חונן ומטיב לכל, cui in Cod. nostro additur ב״ה (ברוך הוא), et clausula scribae ובכאן נשלם ספר הפלת ההפלה לאבן רשד הקרטבי תהלה לאל. Insertae sunt particulae libri refutati, unde et hic laudatur in fronte Codd. et apud Bibliogr. (e. g. *Michael* ap. Zunz in Geigeri Zeitschr. IV, 201). Imo si interpreti credimus, jurejurando id confirmanti, ne verbum quidem is ex Averroe verterit, si opere Gazzalii uti potuerit, vel si id totum ab Averroe insertum fuisset. Minus accurate opus nostrum Gazzalio tribuitur a *Dukes* (Kobez al Jad p. V), qui excerptum exhibet ex praef. interpretis (e Cod. nostro). In eâ hic nomen suum se non celasse dicit, ne ipsius errores docto tribuantur et magno *Isak* רנונה (sic in utroque Cod., atque asson. vocis רונה), qui ante annos nonnullos librum hunc vertisse feratur, antequam terram relinqueret; neque ipse confundatur cum homonymo »Nasi" (i. e. *Kalonymos b. Kalonymos b. Meir;* v. *Catal.* p. 1577), qui librum *Latine* vertere »inceperit." Latinam hanc versionem, factam A. 1328 (quem male ad interpretem hebr. transfert *Renan*, p. 150) [3]) exhibere videtur Cod.

---

[1]) Tit. ita vertitur, sed minus apte (v. *Hammer*, O Kind p. XIV, *Schmölders*, Essay p. 215), ab interprete Latino, unde eum, vulgarem nunc apud Bibliogr., in fronte posuimus.

[2]) Male »quinquies" lib. *noster* ex Cat. vet. Leyd. ap. *W*[1] p. 21; pristinus n. 24 enim est nunc 35.

[3]) Idem p. 151: »En attendant que des recherches plus exactes aient donné quelque précision à l'histoire literaire des Juifs cet." Disquisitiones illas non desiderasset vir doctus, si literaturae hebr. fontes recentiores adiisset.

Vatic., ex quo fortasse lucem vidit editio imperfecta A.[i] 1495-6, quam tamen nondum vidi (v. *Catal.* p. 766). Recentior vero latina versio ex hebraeo textu orta, et perfecta, cum hebr. textu nostro ita congruit, ut de fonte dubitare nequeas [1]). Ea sine dubio a *Kalonymo b. David* »medico Neapolitano" scripta est, qui A. 1523 Venetiis floruit (v. *Catal.* p. 1574, ubi adde Mishne Torah Maimonidis ed. Ven. 1524 »desiderio Kalonymos de domo Kalonymos, medici"). Interpretis hebraei aetas ex nullo effici potest diserto testimonio (de A. 1337, ut puto ex confusione orto, v. *Catal.* p. 1576); de Latino tamen homonymo ita loquitur, ut utrumque fere aequalem habeam; ac liber Gazzalii, quem Noster desiderat, jam Saec.° XV° ineunte seorsim versus exstabat (Cod. W. 35). A. 1349 quidem Mos. Narboni in Comm. ad Hai (Cod. W. 6 f. 189) finem libri nostri ex vers. hebr. citat, quae verba vero non cum Cod. nostro (f. 101-2, Cod. 36 f. 146), sed cum Cod. W. 6 (f. 325 = Cod. 15 f. 103) conspirant, ubi forsan *aliam* prorsus conservari versionem monuimus (p. 41).

2) (f. 106) פירוש .. ממה שאחר הטבע, *Comm.* [magnus] *in Metaphysicam*, auctore *AVERROE*, inde a tract. (מאמר), seu lib., VII-X, sic incipiens: זה המאמר הוא מאמר ראשון שיחקור בו ממיני הנמצא המכוון בחקירה ממנו ראשונה בזאת החכמה; in Lat. minus accurate: »In isto tractatu perscrutatur de speciebus entis, de quibus intendit perscrutari in hac scientiâ," pro »hic tractatus est primus in quo perscr.;" unde intelligitur cur Commentator vel Interpres hebraeus forsan hîc inceperit. (Lib. VII citant e. g. Levi b. Gerson מלחמות f. 36

---

1) Corruptionis tamen specimen habes sub finem, ubi Lat.: »dixit *Hauhas ben nega* non est in fine, cet.;" pro hebr. ואמר בן עבס אין באחרית (Cod. W. 6 f. 225 v., Cod. 15 f. 103 v.), seu ואמר בן עבאס אין בגן (Cod. W. 36 f. 147 v., עדם in Cod. W. 18 f. 102 v., cf. ad Cod. 5, [5] et קשת ומגן f. 23 a, ubi וכן עבאס, et lectio varia השמים in Codd. 6, 15).

col. 4 sq., Saul Kohen *שאלות* f. 10 col. 2). Lib. X desinit (f. 200 v.) לא ישתתפו בטבע אחד כלל לעלה אשר קדמה (et clausula: ובכאן נשלם זה המאמר תהלה לאל ית׳), ut Lat. »non conveniunt in unâ naturâ omnino propter causam praedictam." Textus *Aristotelis* (quem recenset Catal.ap. *W*¹ p. 20), ubique in hujusmodi Commentariis insertus, incipiens שתמצא יאמר (ואמר) על מינים רבים כפי מה שבדלנו, est idem Latinus, qui secundus seu Commentario Averrois insertus, incipiens: »Ens dicitur multis modis;" quamquam hic pergit: »ut prius diximus," textus 1us vero ad hebraeum propius accedens, sic pergit: »quoties prius *divisimus*." Lib. VII desinit (f. 109 v.) ואולם זה הנה הוא יסוד כאשר יותך הדבר אמנם יותך אליו, Lat. »cum res resolvitur, *non* (!) resolvitur in ipsum." In subscriptione hebr. ad hunc tractatum non omnia sunt perspicua, unde eam ex uno Codice exhibere non audeo. Commentator dicit se hunc librum *primum* interpretatum esse; ex dictis enim antiquiorum ad se nihil pervenisse testatur nisi *Alexandri* [i. e. *Aphrodisii*] in libri למ״ד [1]), et *Themistii* (תמאשיוס, leg. תמסטיוס) [2]) in hunc librum Commentarios. Hinc errorem derivandum esse puto Codicum, qui eundem librum ipsi tribuunt *Alexandro*, ut Cod. *Mich.* 74 (unde jam in Indice ad Catal. Mich. p. 351 sub Averroe ad eum revocavi) et *Urbin.* 46, ubi Alexander הישמעאלי (!) nuncupatur, et quinque recensentur ab Assemano libri scil. VII-XI [3]). In-

---

1) *Renan* (p. 47) ergo ex ipso Averroe hebraeo accuratiora discere potuisset.

2) Hujus versio Latina *Mos. Finzii* (cf. Fabricium II, 257-9, VI, 814) ex vers. hebr. *Mosis Ibn Tibbon* fluxit (cf. *Catal.* p. 891 N. 5059).

3) Novum esset hoc testimonium de libro XI, quem in *Comm. medio* (v. Cod. W. 9) exstare monet *Munk*, ap. *Renan* p. 47, si numerationi illae fides haberi posset. Averrois Comm. in lib. Alpha magn. (בי׳ לאות האלף הגדולה) citat *Mos. Narboni* (A. 1349) in Comm. ad דרושים Averrois; lib. XIII (sed non diserte ביאור) *Abravanel* שמים חדשים

terpres ubique, si Cod. nostrum excipis, vocatur *Moses b. Salomo* ex שלון seu שילון (W¹⁻³ n. 1655), quod »Sicalonia," »San Seloni", »Xilon", »Salon", exponunt auctores, quos alibi adducam; pessimam vero interpretationem Catalogi MSS. Paris. »Toulon" (quod טלון scribitur) repetit *Renan* p. 151. Interpres doctissimus laudatur in inscriptione Codicum, ejusque versio, si eam a Levi b. Gerson (מלחמות 36 b) citatam esse recte suspicor, jam exstitit A. 1324.

WARN. 19.

[Cod. chart. fol. ff. 194, initio laesus, in marginibus humiditate affectus, triplici manu exaratus, charact. majoribus et minor. (v. Specimen). F. 194 infra possessor sese nominat *Moses Mizurudi* (מצורודי sic). Inscribitur praeterea *J. van Hill*, Lit. A. A.]

Comm. in Pentat. [מבחר], auctore AHRON B. JOSEF Karaeo, incipiens a carmine, desinente in verbis רן ירין עמו תאל, ut Cod. W. 2.

WARN. 20.

[Cod. chart. fol. ff. 353, columnis binis, characteribus Hispan. mediis robustis compositis; in margine superiore humiditate maxime affectus; ff. 6 priora defectibus laborant; pars postrema, quae attramento corrosa est, nonnisi tegumento (transparente) ab interitu servari poterit. F. I legitur *J. van Hill*, Lit. P.]

1) Pars Libri מדרש החכמה, *Disquisitio Sapientiae*, auctore

---

f. 29; בארוך במאמר הלמ״ד *Crescas*, Comm. Moreh. II, 4 bis. — In librum nostrum *Epitome* Averrois ex vers. hebr. *Mosis Ibn Tibbon* a *Jac. Mantino* Latine versum esse alio loco demonstrabo.

JEHUDA B. SALOMO KOHEN (1247), ex familiâ מתקה [1]) Toletano, discipulo (quod hucusque ignotum erat) celeberrimi *Meir Levi Abulafia* (ob. A. 1244) [2]), postea degente in Hetruriâ (*W*[1.3] 736, ubi »*Niugath*" ex abbrev. נגו״את, ut legitur f. 1 v., fictum est [v. *Zunz*, zur Gesch. p. 453], *W*[3] 777 c et [3] p. 1366; *De Rossi* ad Cod. 421 et Wb. p. 83, ubi falsum est 1245; vid. *Zunz* in Geigeri Zeitschrift IV, 189, et cf. *Geiger* ib. V, 100, Melo Chofn. p. 74, n. 83 et p. 92, *Steinschneider* in Registro ad Catal. Mich. p. 331 et XIII, in lib. הית׳ p. 32, in collectione אוצר נחמד II, 234; prorsus omissus est Noster a *Munk*, in libro Philosophie cet.; de confusione apud *Goldenthal*, in Catal. suo p. 69 n. XXXVIII v. *Catal.* meum sub Jeh. Charisi p. 1308). — Liber encyclopaedicus dividitur (sec. praef. f. 4 col. 2) in II partes (חלקים) et 3 tractatûs speciales (מאמרים); scil. pars I Logicam, Physicam et Metaphysicam secundum *Aristotelem* exhibet, adjecto tractatu, quo loci selecti ex lib. *Genes. Psalm.* et *Proverb.* exponuntur; Pars II Mathesin, adjectis 2 tractt., altero mystico, altero de literis agente, ubi loci haggadici simpliciter colliguntur, qui theologiam seu mysteria legis (סתרי תורה, חכמת היחוד) spectant, quorum expositiones vero nonnisi vivâ voce tradenda sint. — Hujus libri insignis paucissimi innotuerunt Codd., qui omnes comprehendunt partes, ut vetustissimus (non tamen omnino integer) Cod. Mich. 414, et *Vatic.* 338

---

1) Ita nominatur quoque a Josef Jewani (Litbl. X, 750); cf. quae scripsi in *Serapeo* 1851 p. 61, et notam 13 p. XIII Testam[i] Jeh. Ibn Tibbon a me editi, ubi A. 1147 error est typogr.; cf. *Jewish Lit.* § 21 n. 49 et 94, *Catal.* p. 1359; cf. Abu Omar Ibn מאתקה in Diwano Jehudae Levi ap. *Luzzatto*, Virgo p. 19, cujus loco מתקה in Cod. Bodl.

2) Ejus nomine monet initio lib. XIV. de animalib. (f. 46 col. 2) Aristotelem inter animalia felle destituta neglexisse columbam, de quâ id asserit Talmud Hierosol. Cf. quoque *Jewish Lit.* p. 305 § 13. n. 20.

(ubi varia apud *Assemanium* non accurate traduntur); frequentiora sunt disjecta membra, a Bibliographis non ubique recognita (v. infra) [1]). Cod. noster I^am^ exhibet partem; II^am^ inchoatam non continuavit scriba (f. 100 v). Initio folium tantum primum praefationis (incip. תודיעני ארח חיים, unde corr. *Assem*. l. c.) deperditum puto, jamque prima, quae in nostro Codice exstant, verba: בעלות (?) הקשתות הנעשות על שטח הכדור צורת התצב (sic) והן בס׳ תאודוסיוס ואח״כ בידיעת העג״לות מילאוש, in Cod. Mich. sic se habent: העגלות הנעשות על שטח הכדור והן בס׳ תאודוסיוס ואח״כ בידיעת המשולשות בעלות הקשתות מצורת התצב והן בס׳ מיליאוס. — Auctor in praef. librum ex operibus *Aristotelis* (quae quatenus ipsi nota erant, omnia sigillatim recenset) aliisque theologicis subsidiis se concinnasse ait, ut Judaei, qui ponant, scientiam nonnisi in scriptis offendi ex graeco versis, ad studium reducantur superioris sapientiae revelatae et traditionalis Judaicae, cujus servatae reliquiae reverà paucissimae sint. Hinc textum non exhibet integrum in *primâ* parte (quam solam hîc speciatim delineaturi sumus) *Aristotelis*, imo integros omisit libros ad propositum non necessarios. Ipsos libros selectos in compendium redactos esse manifestum est; singulis enim locis diserte ait se deditâ operâ omisisse Aristotelis demonstrationes prolixiores cet. [Praeterea Cod. noster *lacunis* laborat, Codici archetypo tribuendis, ut levi obtutu cernitur; e. g. in lib. 2° de Animâ f. 58, lib. 10. Metaph. f. 75 v., 6 lineae tantum exstant.] Passim *ipsum* Aristotelem nominat, passim *ipsa verba* Aristotelis citare videtur formulâ: זה נוסח דברי (e. g. Metaph. lib. 4 f. 71, [3], lib. 11 seu למ״ד f. 78, [2]). Eademque formula passim locis citatis (non raris) ex

---

[1]) Cod. Hunt. nunc 57 (olim 207) *spuriam* exhibet introductionem, ubi *Tanchum* Hierosolymitanus auctor fingitur, qui error e Catal. MSS. Angliae ap. W[1] p. 1160 repetitur.

Averroe [1]) praemittitur, (e.g. de Anima 3, f. 62, [4]; de Sens. 2 f. 65, [4]; Metaph. 11, f. 76, [2]), cujus religiosam sententiarum Aristotelis defensionem is irridet (Phys. 1 f. 34, [2]; de Animalibus 13 f. 44, [4]; cf. locum citatum ex ipso Averroe, Metaph. 13 f. 82, [4]) [2]). Quaestio ergo *quâ* Noster potissimum usus sit *versione, seu interpretatione Aristotelis Arabicâ*, si quando solvi possit, a nemine certo nisi summo cum labore magnoque cum apparatu, explicari poterit. Hujus enim rei, quam alibi speciatim persecuturus sum, nullum hîc offendi indicium. Si librorum ordinem spectas et divisionem, tantum observatu digna est *Logica*, a quâ opus ipsum orditur. Ex organi 8 libris, ut numerat Noster in praef. (Porphyr. enim cum categ. jungit), postremos 4 omisit (v. epilog. f. 25), priores [3] conjunctim in 30 portas dividit, quarum 1ª est introductoria de nomine logices (הגיון), incip. (f. 4, [3]): שם הגיון [הוא] מגזרת הגה והוא מורה עלג׳ ענינים; porta 2 de nominibus (בשמות), (respondens Isagogae *Porphyrii*) sic incipit: הפילוסוף התחיל ספרו בספר השמות והן חמשה חלקים א׳ מוסכמין בשם נחלקין בגבול והן השמות השותפין; portâ 4ª (f. 6, [3]) בעצם ובמקרא respondet lib. *Categor.* (מאמרות), qui absolutus esse dicitur in fine portae 6ªᵉ, (f. 8, [1]); portae 7-13 continent librum de *Interpretatione* (המבטא), reliquae 14-30 (f. 10, [4]) librum de *Syllogismo* (הסברא); agmen logices claudit (f. 19, [2]) liber *Demonstra-*

---

[1]) Nomen in Cod. nostro ubique רושד cum matre lectionis scribitur (cf. supra p. 37 ad Cod. 13), quod antiquitatem prae se fert.

[2]) Averrois dissertt.ᵉˢ supplementarias de *intellectu* (v. ad Cod. W. 6 supra p. 19) Nostro non innotuisse, efficiam e verbis lib. 3 de Animâ, f. 63, [3]: אבל אם אפשר בו להשכיל הנבדלות והוא בנו אריסטו יעד לחפש בעבורי ולא מצאתיו; sed nescio, utrum verba illa ad praecedens citatum ex Averroe pertineant, an statim post ea lacuna forsan punctis indicata sit. Ap. *Renàn* in cap. de Averroe apud Judaeos (p. 148) Noster dignus fuisset, qui memoraretur.

tionis (תמופת) incip.: כל תלמוד וכל לימוד מחשבי יהא נמצאת מידיעה קודם, וראוי בהכרח להיות מה שיוקדם, ויודע על שני צדדין יש מקצת דרכים שצריך בהכרח לקבל כי הן מצואין כלומר הצידוק ומקצתן שצריך להבין בהם על מה זה יורה המאמר כלומר הציור, ויש מקצת דברים שנצטרך לידע בהן שני המינין כלומר הציור והצדוק. המשל בדברים שנעשה בהם הצידוק בלבד אמרנו כי בכל דבר תצדק ההינית והשללית; cadit liber, qui in tractatûs non subdivisus est, ita (f. 25, [1]): השכל עדיף מהדעת לפי שהוא מחפש יותר ויותר אמתי ממנו והתחלות ידועות יותר מהמופתים וכל מדע הוא השכל מושכל. Logicam excipit post epilogum brevem *Scientia naturalis*, et quidem *Physica* (השמע) VIII tractt. (מאמרים), seu libris; *de Coelo* (ס' השמים) libb. IV (f. 30, [4]); *de Generatione* (ס' ההווי seu ההויה) libb. II (f. 33, [4]); *Meteor.* (ס' האוירי i. e. *de Aëre*) [1]) libb. IV (f. 36, [2]), ubi in lib. III de »arcû Noae" (קשת נח), causam finalem, ab Aristotele et Philosophis non indicatam, ex S. Scripturâ petendam dicit, arcumque creatum esse, non naturalem »ועצת רשעים רחקה מני!" *de Animalibus* (ס' החי) [2]) libb. XI-XIX (f. 41, [4]), ubi in fine lib. 18 (f. 54, [4]) nonnulla adjicit, quae de animalibus apud *Rabbinos* (in Talmude) sibi innotuerunt; *de Anima* (הנפש) libb. III (f. 56, [1]); *de Sensu* (proprie: *sentiente*) *et sensibili* (המרגיש והמוחש, in Cod. *Mich.* והמורגש), (f. 64, [2]), cujus lib. II: בזכר והזכרון, lib. III באורך הימים. Denique *Theologia* seu *Metaphysica* (חכמה אלהית ונקראת אחר הטבע), cujus XIII tantum conservatos libros in praef. sigillatim recenset, incip. (f. 68, [1]): העיון באמת הוא קשה מדרך אחת ונקל מדרך אחרת, הוא קשה מפני שהמתחיל לעיין כדי להגיע אליו צריך שישותף [עמו] אחר זולתו, והוא נקל מפני שלא נעדר מכל בני אדם, לפי שישיג

---

[1]) Male »de *respiratione*" ap. W[1] p. 220 n. 14 (cf. p. 219 n. 5, ubi Noster est »Anonymus") in recensione opp. Aristotelis, reverâ secundum *Sabbatai*, lit. א, 200!

[2]) In praef. מיני החי »de generibus (partibus) animal."; vid. infra ad hujus Cod. op. 3.

אחד מבני אדם מה שלא השיג זולתו וכשיקבץ כל מה שישיג כל אחד יהא למקובץ ממנו שישר גדול (cf. Versionem discrepantem ap. Sam. Ibn Tibbon in Cod. hujus op. sequ. f. 334), diserteque f. 75, 4: מאמר י״א והוא מאמר לפ״ר [1]), »tract. XI. seu λ"; finis lib. XIII (f. 83): כמה רחוק זה העיון מעיון בן סינא שדעתו שיש כאן דרך לבאר מציאות המניע הראשון זולתי דרך אריסטו . וממה שנתבאר, כי המניע לגופי השמים הוא צורה נוספת על הגוף יראה כי הם מתנפשים בהכרח . חזק . אמר המחבר כבר ראית דעת אריסטו ודעת המפרשים דבריו כמו בן רושד חולתו בענין המופת על מציאות הבורא יתברך וייחודו ושאינו גוף מפני הקדמות . וכן אי אפשר להיות שובת ואח״כ פועל . ולא באלה חלק יעקב כי יוצר הכל הוא כמו שנבאר לפנים בפירוש הפסוקים בעז׳ שדי ית׳ . ובתחלה חברתי זה הספר בלשון ערבי וכו׳. In hac subscriptione (quam ex Cod. W. 15 minus accurate exhibet *Dukes*, Litbl. VIII, 404) [2]) auctor testatur se »hunc librum" primitus linguâ *Arabicâ* composuisse, tunc vero, postquam in Hetruriam (טוסקנא, »et terram romanam", וארץ רומי, addunt Codd. nonnulli) descenderat, ex collegarum voto in linguam vertisse Hebraeam; veniam vero sibi precatur a lectore pro erroribus, in reddendis sensu et vocibus commissis, quas ob linguae Hebr. inopiam nonnisi magno negotio ita vertisset, ut argumenti ratione

---

[1]) Notandum est hoc testimonium, A. 1247 neque in Italiâ nec Toleti vulgarem fuisse lib. 1 metaph. (quem jam citat Guilielmus Parisiensis, mort. A. 1249), si consideramus necessitudinem, quae auctori nostro cum Frederici II[i] »philosopho" intercessit. De 11 libris additis ab Aristotele, Arabice versis, quos expugnatâ Granatâ rex Hisp. invenit, loquitur *Jochanan Allemanno* (שער החשק 55 v.); cf. Catal. sub Schemtob Palquera, et infra ad Cod. W. 95. — Fol. 78, 1 inseritur nota brevis Jesaiam 40, 25 spectans, quam primo obtutu ad simulacra *Christianorum* alludere putavi; sed מהנוצרים verti debet »e creatis" (rebus), idem atque יצורים.

[2]) Verba וכשנת גלגל – וכשנת··· גלגל in duabus exstant lineis, atque etiam in Cod. *Mich.* divisa esse videntur, sed jungenda וכשנתגלגל; ante בלהי״ק desideratur להעתיקו cet.; cf. אוצר נחמד l. c.

habitâ, intelligi possint. Reverâ liber noster iis, qui in Hebraicam et *Arabicam* terminologiam inquirunt, egregia subsidia praebet. Refertus est nempe vocibus Arabicis technicis (ubi auctor versionem Hebr. non satis idoneam habuerit); terminologia vero Hebr., ut jam ex ipsis inscriptionibus allatis partim apparet, multa sibi priva habet, ab eâ quippe, quam stabilem et fixam sive stereotypam, ut ita dicam, fecerunt Tibbonides, valde diversa. Conferatur modo ejusdem Codicis opus 3um, partim eosdem continens libros Aristotelis a Samuel Ibn Tibbon, Nostro paullo antiquiore, versos [1]). — Sequitur *Expositio versiculorum*, incip. verbis Genes. I (f. 88, [4]): בראשית ברא וגו׳ יש תולת לטעמים של ניקוד בהבנת הפסוק; f. 89, [2] citatur *Abraham Ibn Esra*. Initium *Proverb*. (f. 90, [4] חכמה, מוסר, בינה) systematicum sequi dicit trium scientiarum (Metaph., Ethic., Mathem.) ordinem, non paedagogicum, postea (f. 93) *Praesumptiones et Fundamenta* (ההקדמות והיסודות) demonstrationum et argumentationum *Aristotelis* recenset ex omnibus operibus deducta. Miratur Noster, eum difficiliora ac fundamenta sine explicatione praemisisse, dum alias levissimas notiones et fere primarias (מושכל ראשון) stricte explicat.

---

1) Linguae »Rabbinicae" (potius Hebraicae recentioris) necessitatem ad historiam philosophiae Arabicae explicandam optime ex R. Simon repetit *Renan* p. 146, sed quae de versionibus Hebr. addit emendanda sunt. Auctorem secutus est *Goldenthalium*, cujus in rebus hebr. ignorantiam superat tantum arrogantia et astutia, quâ in dissert. citatâ a Renan (Denkschr. der Wien. Acad. I, 423) statuere audet, inde a Samuel Ibn Tibbon *neminem*, donec ipse prodisset, rem tractavisse. Quod ut probet, loco utitur citato e Litbl. 1842, p. 382, quem artificiose excerpsit e *dissertatione speciali*, jam diu ante notas exiguas in praef. ipsius ad Averroem inchoatâ! Alios ejus praecessores vide Litbl. XI, 419. Ad rem ipsam vide *Delitzschii* observationes (contra *Dukes*) in Litbl. I n. 14 p. 209.

Sunt numero 48, nimirum 1: מציאות התנועה, 48: הפריה תמצא לגופים הפשוטים בבשר והעצמות ולא תמצא למורכבים כמו היד והרגל אלא בבנינית הפשוטים [1]). Finem hujus tractatûs: כי השווי הוא פרט מיוחד במאמר הכמות הילכן אין מקבל חילוק כלל excipit epilogus, ubi auctor se a libro מורה *Maimonidis* ad studium philosophiae excitatum esse fatetur, neque hunc auctorem aliud sibi proposuisse contendit, nisi conversionem eorum, qui verbis Aristotelis errarint, ad legem Judaicam cet. Ille vero epilogus, maximam partem lacer, continebatur folio (99), ut et sequentia de proportione circuli et diametri, et de nummorum nonnullorum pondere; ultima nota, 11 lineas implens, diserte auctori nostro tribuitur (שר מן המחבר). Sequitur (f. 100) expositio figurae astronomicae et demonstratio theorematis, וכל משלש זוית אחת מזויותיו החיצניות שוה לשתי זויות הפנימיות, quae forsan ex parte II[a] (Euclid.) excerpta sunt; f. 101 scriba stylum posuit.

2) Annotationes duae exegeticae (fol. 102-3), in fronte אדם inscriptae, quod alibi (Cod. *Reggio* 21) auctorem DAVID DE ROCCA designat (abbrev. (א׳מר ד׳וד מ׳רוקא) [2]), earumque ratio ab aliis ejus dissertationibus non discrepat. A) incipit: ב״ש כ״ם (ברוך שם כבוד מלכותו) ומשה בן מאה ועשרים שנה ... ענו כלומר עצמו, ubi de anthropomorphismo Biblico exponitur; sermones vero homileticos (ענינים האמרים לענין דרשה), ut famosum illud ר״ישמעאל הכהן ראה אכתריאל (cf. *Catal.* meum p. 640) metaphorice explicandos esse monetur. Desinit his verbis:

---

1) Eadem, sed numero 47, *anon.* recenset *Delitzsch* in Cod. Lips. XXVI sub [3], ubi ultima verba שרבן שרבא צריך leguntur in Cod. nostro f. 93, [4], sed statim pergit: ועדין יש בין המתפלספין הבאים אחריו מחלוקות גדולות בזה הענין של קדמות וכו׳ ולמה נניח תורתנו התמימה ללכת אחר התוהו אשר לא יועילו וכו׳ למען תלך בדרך טובים כלומר בשיתחזק בלבך תחלה מציאות הבורא וכו׳ ותחפש אחר כן בחכמה האלהית שהיא קבלה בידינו איש מפי איש מפי הגבורה וכו׳

2) V. *Catal.* p. 1958.

ודרש שלא יתכן לומר כן ואין הדעת מקבלת אותו הרי הוא כדברי בית שמאי וכדברי היחידים שאין הלכה כמותן ואין דבריהן נשמעין ולא נסברים ולא נכתבו אלא לבטלה. Citatur *Ibn G'annah* ad locum יען כי נגש העם (Jes. 29, 13). — B) בפירוש מלת נגב, incipit: מלת הנגב צפונה תגבה פי' פאת תימן שהוא הדרום שנכח הצפון. Animadvertit scriba, se hanc non ultra verba ואותו בתוך הנקודה יושבים שני' כל הגוים continuatam invenisse (ע"כ מצאתי) כאין נגדו.

3) (f. 104) דעות הפילוסופים, *Opiniones Philosophorum* auctore (Saec. XIII. flor.) SAMUEL IBN TIBBON. Est pars longe maxima (passim vero lacunosa, ut f. 160,[3.4]) operis ingentis, quod fere neglexit *Wolfius*, qui [1] p. 1098 MS. *Oppenh.* affert non exstans (cf. *Zunz*, zur Gesch. p. 236); [3] p. 289 ad locum alium revocat, ubi (p. 1099) titulum tantum emendat. Apud *De Rossium* ad Cod. 164 (exaratum A. 1416) omnia, quae de opere ipso tradit, his verbis comprehenduntur: »Praecedit fusum carmen morale," imo in Dizionario id non speciatim nominat, unde Cod. ipsius nostro minus perfectum suspicor. Hunc ergo fusius, ut meretur, delineaturus sum [1]).

Carmen (Kassida) introductorium (sit venia verbo, »carminis" enim nonnisi formam ea habent) constat versibus binis (Beit) 107 (scil. 2 + 105), quorum primi (partim deleti) sunt:

אבין בבני איש ובסודם ואדע כי כל משברם
הבל אין בם מועיל בלתי .. שכל כי זה כל האדם
לאיש שמחה במענה פיו ואמרו ותכפל פי מרוצו ושירו

Primum de destinatione hominum agit, et vanitatem demonstrat voluptatem terrestrium; neque hominis praestan-

---

[1]) Si ulla fides habenda sit scriptori oscitantissimo *De Castro* (I, 71, ubi confunduntur Iehuda, Samuel et Moses; sed v. Indicem MSS. in limine), Nostri versio opp. Arab. Averrois exstat in Cod. A. 1250 exarato, quae ad opus nostrum referri potuerit??

tiam derivandam esse putat ex facultate colendae sive artis oratoriae et poëticae, sive disciplinae grammaticae, aut juridico-*talmudicae*, quam sequentibus describit versibus (47 sq., f. 104 v.):

אם אין זה הרשת חק ומשפט   שלמות זה ומותרו ואסורו
אם נברא להתחכם ולעסוק   בדין ממון וקלו וחמורו
להבין איך יהי משפט מריבים   עלי דבר נזק שור ובורו
וקרבן שגגת איש או זדונו   ולדעת טמאו מטהרו
ואיך יתיר שבועתו לנשבע   ואיך יפיר לנדרו ואסרו
ואם גדול מאד זה השלמות   ובו תלוי תמימות איש וברו
והוא דת אל נתנה משחקים   לציר הנאמן משה בחירו
הכי יש בלעדי כל זה שלמות   יהי עמו אנוש רצוי לצורו
ובו ימצא עמוק תורה לעמו   לבדו יהיה קרוב ליוצרו
בהסתכל גבורות אל במעשיו   ופלאי סוד פעלות בתורו
וישינו במופת הוא אמתי   צרפהו באש שכלו תורו

Porro postquam praecipuos Philosophiae locos percurrit, ita pergit (v. 97, f. 150):

וזה סולם אשר האיש בראשו   יהיה תְוֶה לאל שדי יצרו
אזי יראה לאל יוצר בראשית   וידבק בארון עולם ושרו

Ultima denique linea (ut mos est) ad hemistichium primum (scil. post 2 versûs, qui carminis inscriptio, seu »Motto" dici possunt) recurrit:

וישבע מרדכיו גיל אשר בם   לאיש שמחה במענה פיו ואמרו

Sequitur *Index* VII partium (seu Tractatuum) *Partis primae:* החלק הראשון מרעות הפילוסופים והוא שבעה חלקים . החלק הא' בחומר הראשון והדברים הכוללים לכל הנמצאים הטבעים . ב' ביסודות . ג' ברומם . ד' בצומח . ה' בטבע גופות החיונים . ו' בכחות החיונים . ז' בגלגלים.

Praefatio sic incipit: [فامّا بعد] יתברך ויתעלה האלוה וכו' ואחר תהלתו אומר כי מהידוע והמפורסם והמוסכם עליו מן התורה והחכמים כי הצלחת האדם האמתית היא השגת הבורא ית' וידיעתו אותו כפי כח השכל האנושי וכו'

Cognitionem Dei per opera ipsius, teste Maimonide, necessariam censet omnibus hominibus (exceptis prophetis מי ששפע עליו השפע השכלי כמו הנביא ישיג האמת מאין חקירה). His

enim, ut observat, incumbit in praecedentium sapientum studia et labores operam ponere; praesertim quia doctores Judaici (חכמים pro חכמינו) eâ de re scripta aut non reliquerunt, aut relicta perierunt; ומה שימצא מדברי חכמי המחקר [1]) שהוא אמת ומסכים עם אמונתינו יקבל אותו וישבח אותם עליו ומה שאינו אמת ישוש אותו וירחיקהו. Antiquiores vero, qui disquisitionem nobis faciliorem reddiderint, laudandos esse, teste *Aristotele;* nec vera repudianda esse ex eo quod a Sapiente ex gentibus ad nos perveniant (ואין ראוי למשכיל המבקש לדעת האמת להרחיק דברים רבים שנגלו לחכמי המחקר ובארום במופת אמתי והם בלי ספק כמו שאמרו בעבור שאינם מאומתנו אלא ישמע האמת מהאמרו ולא יביט האומר רק לאמתת דבריו) [2]). At nonnulla, certe vera, improbabilia tamen (זרים) videri hominibus vel minus intelligentibus, vel minus in his rebus versatis, vel consuetudini addictis, cet.; unde, teste *Porphyrio* (פורפיריאוס הצוריי), omnes opiniones primum bene examinandae sint. Quam ob causam *Philosophorum de omnibus, quae existunt, opiniones* in hoc libro exponere sibi proposuit (ע״כ ראיתי אני שמואל ... לבאר בזה החבור דעות אנשי המחקר בכל הנמצאים והם החכמים הנקראים פילוסופים האמתיים והם דעות הפילוסוף האמתי אצלם, כי מלת פלוסוף עניינית אהבת החכמה, הוא מורה על שני מינים מהשלמיות, האחד מן השלמיות הישרים והשני מן השלמיות השכליים וע״כ הפלוסוף האמתי אצלם מי שכוונתו להשיג ידיעת האמת ולעשות מעשה החסר רע והאמת ... ועל זה העניין מורה שם פלוסוף אצלם, ועל זה מורה שם חסיר בלשוננו, והוא מי שקנה המעלות היצירית והשכליות ומפני שחסר עם הארץ המעלות השכליות אע״פ שקנה היצירית אמרו ר״זל לא עם הארץ חסיר). *Causas* deinde componendi libri indicat duas: 1) ut Judaeorum Sapientes ea, quae a Philosophis demonstrata sunt, ab iis discernant, quae dubia sunt.

---

[1]) Cf. paullo post, et *Jewisch Lit.* p. 296.

[2]) Similia jam protulerunt: *Hai Gaon*, *Abulwalid*, *Samuel Nagid*, *Josef Ibn Aknin*, (v. Ersch II vol. 31, p. 56) et *Moses Ibn Esra*, ante *Maimonidem* et sectatores ejus.

Multi enim homines probata, sed a se non bene intellecta, negant, vel omnia dubia esse contendunt. Jam eorum [Philosophorum] posteriores dixerunt, in scientiâ physicâ nonnulla, in metaphysicâ multa esse dubia. In hoc ergo libro se indicasse, quas opiniones Philosophi ope argumentationis (מופת) demonstratas, quasve veri similes esse, statuerint. Se ideo operam dedisse ut *has opiniones ex Arabico sermone verteret*, *easque ex libris, ubi dispersae sint*, commoditatis causâ *in unum colligeret*; ita ut *omnes opiniones physicas et metaphysicas* in genere et specie (כלל ומינים) *comprehenderet*. 2) Quia harum opinionum plurimae *Hebraicâ versione corruptae sint*, nec satis expositae, ita ut lector eorum librorum conversorum verum sensum non percipere possit. Porro plures opiniones, quae ad philosophiam antiquam (הקדומה, in marg. הראשונה) [1]) pertineant, a posterioribus Philosophis rejectas esse; imo non modo hebr., sed *Arabice etiam conversi libri exstent*, qui Philosophis tribuant opiniones, quae reverâ eorum non sint. Se inquit, hunc librum sibi ipsi composuisse, *memorialem* (ספר זכרון = تذكرة), ut *senectuti, si hanc assequeretur*, succurreret (לזקנה שהוא עת השכחה אם אגיע אליו). — Opiniones autem veras *τῶν* חכמי המחקר, secundum hos ipsos, comprehendi opinionibus (נכללות ברשות) *Aristotelis*, Philosophi graeci, teste *Abu-Nassar* [al-Farabi]. Hinc se sua petivisse ex Aristotelis *Commentatoribus*, quia ipsa ejus verba (ופטם דבריו) ab ipsis Philosophis non facile ubique intelligantur, ac plurima, quae Arist. adhuc dubia fuissent, a sequentibus (quamquam per magnum temporis spatium, secundum *Averroem*) soluta sint. *Se ergo in toto hoc opere nihil ex se ipso scripsisse, sed omnia verba esse Aristotelis secundum expositionem* AVERROIS, qui postremus fuerit Commentatorum, et

---

[1]) Haec dicendi ratio vulgo philosophiam ante Aristotelem designat, cf. paullo inferius.

qui ex aliis ea petiverit, quae cum sententiâ Aristotelis maxime conspirent, (ואין בכל זה החבור דבר שאומר אותו מעצמי, אלא כל מה שאכתוב בו הם דברי אריסטו המפורשים בדברי החכם ן רשד וכי היה אחרון המפרשים ולקח הנבחר שבפרושיהם והנאות לדעת אריסטו, f. 107, ²). Opiniones vero antiquiores, quae nonnisi ex Aristotelis scriptis innotuerint, et jam fere e memoriâ exciderint, se tantum commemoraturum esse, quantum necesse esset. Sententias hîc affert *Aristotelis* de opinionibus illis, deinde *Averrois* (qui inde ab Arist. ad suam usque aetatem 1500 Annos fere elapsos esse dicit), et *Maimonidis* de Aristotele sententias, quas ipse nimias censet; putat vero recte observasse *Alexandrum* [Aphrod.], Aristotelis opiniones minus dubias esse quam aliorum. Denique *heterodoxiae* suspicionem a se removere studet (ואני מתנצל ואומר שלא יחשדני חושד בכתבי אלו הדעות שאני מאמין בהם דבר שיסתור דבר מאמונתינו כי יהיה חושד כשרים (sic) כי אני לא אכתוב בזה החבור דבר מעצמי, אלא כל מה שאזכור כן הוא דעת הפילוסופים, ואני איני מדבר בחכמה המושגת בהתעוררות אלהי או בנבואה, אלא בחכמה המושגת מצד החקירה והחקש; cff. excerpta infra ex praemonito ad Tract. VIII). Sequitur (f. 108, ¹) libri *divisio* in II Partes: P. I de rebus physicis; P. II de metaphys.; P. I rursus in 7 dividitur partes (ut supra) — quas nos *tractatûs* nuncupabimus; ¹) -- ita ut 1us respondeat libro [Aristotelis] *de phys. auscult.*, 2us libris *de Coelo et mundo*, *de generatione et corrupt.*, et de *Meteoris* ²), (de 3° et 4° v. infra), 5us lib° *de Animâ* et de

¹) Prout מאמר inscribitur tract. VI f. 273, et tract. IX; v. infra.

²) הרשומים העליונים (v. infra p. 68). In opere Nostri (Cod. W. 13) occurrit nomen אתֿאר אלעלויה = אותות העליונים in Cod. *Vat.* 378 (cf. Ersch S. II v. 31 p. 93 n. 8 p., cf. Cod. Vat. 195) e versione *Jahja b. al-Batric* (cf. *Wenrich* p. 134, *Wüstenf.* §. 40). Ab eodem interprete Arabico (cf. supra ad Cod. 13 p. 36) versus est libellus pseudo-*Aristotelicus* سرّ الاسرار „ex Latino" sec. *Lee* (Catal. of oriental MSS. Arab.

Sensu et Sensibili (de 6° v. infra), 7us lib° תכונת השמים, reverâ *de Coelo* (v. infra). Ipsi operi denique praemittendam putat *Expositionem vocum technicarum* (וראיתי לזכור בתחלה מקצת מהמלות שאפשר שישתמש [שישתבש ?] בהן הקורא), cui brevem praemittit observationem (f. 108). Voces ipsae sunt (insertis passim Arabicis, ab auctore citatis) כללי ופרטי, — גדר, — רסום (ubi והמעתיקים העתיקו במקום רמיון והוא טעות), — דרך (Arab. שאן), — הנחה, — הפך (Arab. תצאד), — השנה (f. 109, Arab. לאחק), — העדר, — חיוני (ubi *se* Nun finale adjecisse ait ad instar חיואן, sed ורוב המעתיקים העתיקוה (?) במקום חיואן בעלי חיים), — חשב (Arab. עכרה, leg. פכרה, فكرة, ظن et תוהם), — יחס, — מה (Arab. מא), — עצם (Arab. ג׳והאר, ראת), — מוחלט (Arab. מטלאק sic), — משתלם (Arab. אסתכמאל), — נקודה וקו ושטח, — נגוד (f. 110, Arab. תקבאל sic!), — סגולה, — ענין (Arab. אלחאל), — צירוף (ubi יש מעתיקים במקום קיום תקון וענינו אחד וענין קום בערבי שלמות ותמות), — רגע (Arab.

---

n. 30). In versione hebr. *Jehudae Charisi* (MS.) legitur להעתיק מלשון יוני ללשון רומי ומלשון רומי לערבי, et in Vers. ex Arab. editâ *Philippi Clerici:* »de Graeco in *romanam*;" unde suspicor, Arabice رومى legi, quod *Syriacam* designat linguam, ut e Neandro (nescio quâ auctoritate) affert *Wenrich* p. 142, ubi de lib. *eodem* p. 136, ut ap. *Nicoll* p. 578 Cod. 341,², et *Wüstenf.* l. l. varia sunt corrigenda et supplenda; v. interim citata in lib. *Jewish Lit.* p. 353 n. 10, ubi adde *Munk*, Notice sur Aboulw. p. 167, et de voce אשורי, atque interprete *Ibn Zeraah*, quae modo scripsi in Collect. אוצר נחמד II, 242. Vide quoque notam ad Cod. W. 26,⁴. — Accepi modo a *Schorrio* apographum praefatiunculae Samuelis ad Meteorologiam, e quo plura hactenus ignota didici, quae in *Catal.* s. v. mox publici juris faciam, hîc specialia nonnulla tantum supplebo: 1) Initium Codicis 13 jam non ad ipsam praef. pertinet, sed ad articulum specialem, eam excipientem, qui solus e *terminologiâ libri alphabeticâ*, in praef. promissâ, relictus videtur (fortasse exstet tota seorsim in Cod. *Taurinensi* 41?) 2) Interpres Noster diserte librum se vertisse dicit e solâ, quae ipsi innotuit, textûs Aristotelis Versione Arabicâ interprete *BATRIK*, valde corruptâ, teste Maimonide »in epistolâ primâ." Reverâ אלבטריק legitur eodem loco, quem de אלטיב afferam p. 70.

(אן), — תכלה (Arab. נהייא leg. נהאיה), — תכלית, — חמר, — צורה, — תמנע — אפשרי והכרחי, — כזב ושוא (Arab. מחאל), — קימון — כתה — הכח הפועל והכנה — בעצם, במקרה — ציור — (f. 111) חדש הראשונה והשנית. Specimen hoc terminologicum antiquius habeo opusculo majori, quod sub vocibus in utroque occurrentibus [cf. e. g. תכלית, צורה et hîc כזב ושוא cum בטל ibid.] prolixius, a Nostro versioni lib. *Moreh* additum est (v. ad Cod. W. 62); ac notandum est, nullam in op. nostro occurrere vocem exoticam ex linguâ vernaculâ (בלש). Absolutis ita rebus introductoriis, sequitur *opus ipsum* ingens.

Tract. I (f. 111 col. [2]) בחומר הראשון והדברים הפרטים הכוללים לכל הנמצאים הטבעיים, rursus in 8 dividitur partes [prout lib. phys. acroas. in 8 libros], scil. 1. בסבה החמרית הראשונה וכו׳, 2. בדברים שהם לעיון הטבעי במעלת השרשים וההתחלות וכו׳, 3. בהשגות הכוללות לדברים הטבעים, כתנועה וכו׳, 4. במקום והזמן והריקות, 5. בההשגות העצמיות הנמצאות לתנועה והמתנועע, 6. בטבע המדובק ומה שישיגהו מצד שהוא מרובק, 7. במניע ומתנועע, 8. אם התנועה הראשונה וכו׳ נצחית אם לא. Partes hae rursus in capp. dividuntur, ut p. 1 in 4 capp.
1. יתבאר בו כי ההתחלות הפכים וכו׳, 2. בכונת העיון הטבעי ומופתיו וסדר למודו, 3. יתבאר בו מציאות החומר הראשון, 4. יתבאר בו עצם החומר הראשון וכו׳.

Cap. 1 incipit: אמר וצריך שנבאר כונת העיון הטבעי והמופתים הנתונים בו וסדר לימודו. ונאמר כי מאחר שכונתינו לדבר בזה החלק הראשון בנמצאים המתנועעים והיתה המלאכה המעיינת בנמצאים המתנועעים מלאכה עיונית והיתה כוונת המלאכה העיונית להוריע סבת הדבר שתעיין בו אותה המלאכה ותהיה ידיעתנו ידיעה שלמה ...; atque in fine hujus paragraphi (f. 111, [4]) revocatur ad P. II: אבל הצורה והתכלית אין בחכמת הטבע מוקדמות להגיע עמהן לידיעתם, אלא יתבארו בחלק השני בע״ה שהוא חכמת האלהות. Pars (seu lib.) 8 (f. 145, [4]) constat 8 capp.: א׳ יתבאר בו לפי דעת אריסטו מציאות תנועה נצחית ח׳ יתבאר בו מה שישיג המניע הראשון — אליה תעלינה התנועות כלן והמתנועע הראשון. Finis (f. 148, [4]): ועי״ב הסכימו בעלי הדתות שהאל ית׳ בשמים. והנה התבאר כי המניע הראשון אינו גוף ולא כח בגוף, ושאינו משתנה במין ממיני השנויים. וזה מה שרצינו לבארו.

Tract. II. ביסודות cet. 3 complectitur partes (f. 149), scil. א׳ בצורות היסודות והחשנות הכוללות להם . ב׳ התבאר בו הויית היסודות והפסדם והיאך הויית הגופים מורכבים מהם והיאך הפסדם . ג׳ יתבארו בו הדברים אשר ליסודות , כמו המקרים , והחשנות הם נקראים הרשומים העליונים ונקראים אותות השמום [1]. Pars 1, capp. 8, incip.: וצריך שנבאר כי כל הגופים המורכבים ראשונים ויסודות מהם הורכבו . ונאמר בתחלה כי מאחר שדברנו במאמר הראשון בדברים הכוללים . . . ; desinit (f. 156, [1]): וע״כ אם היה הגוף כבר מרדכו שיצוף על המים כמו העץ ויהיה כמו כן רחב ומקוער התבנית תקשה שקיעתו במים וע״כ ישאו הספינות משואות גדולות.

P. 2 capp. 10, incip.: וצריך שנבאר כי ההויה אי אפשר שתמצא לכל הגופים הטבעיים ואמנם אפשר שתמצא למקצתם ושהוית היסודות בחלקיהן לא בכולם . ונאמר כי מהנראה לחוש כי ההויה (cap. 8 f. 60,[3-4] scriba non offendit); desinit (f. 164, [3]): א״כ כבר התבאר מניעות שישוב האיש מכל צד . ומ״של.

P. 3 capp. 15, incip.: וצריך ושנבאר ברשומים והעליונים . ואמר אלכסנדר כי זה השם כלומר הרשומים העליונים לא חדש אותו ארסטו אלא נמשך אחר הקדמונים [2]; desinit (f. 182, [2]): וע״ב נקראו בשמות זולתי שמות האברים המתדמים . ובמאמר הרומם והצמח ואברי החיונים נדבר בכל. מין ומין . . . ומאין התחלת התנועה בכל מקומות בכל אחד מהם ותכליתן בג״ה ובישועתו

Tract. III. ברומם 3 complectitur partes (f. 182 v.) seu potius capp., scil. א׳ בהויית הרומם בכללו . ב׳ נבאר בו הסבה שלא קבל הרומם החיים כשאר הנמצאים הטבעיים . ג׳ נדבר בו בכלל בפעלות האבנים והצמח הנקרא סגולות. Initio observat auctor, librum Aristotelis de *Mineralibus* omnino non exstare, saltem non Arabice versum, et libri de *Plantis* tantum excerpta (seu compendium Alexandrinorum, ut infra) [3], hinc se in his partibus brevio-

---

[1]) Vid. supra p. 65 n. 2.

[2]) Vid. ibid.

[3]) Vide tamen de Comm. magni Averrois specimine supra p. 38 sub 13, [3].

rem fuisse (אמר המחבר והספר אשר חבר ארסטו בדומם אינו נמצא אצלינו, ויש אומרים שלא הועתק אל הערבי, וכן מספר הצמח לא נמצאו אצלינו אלא לקוטים, ומפני זה לא הארכתי בזה החלק וכחלק הצמח כשאר החלקים. ואלה דברים שאני כותב הם מדברי הפילוסופים שהיו אחריו שהם על דעתו, ועוד כי רוב האבנים אין להם שם בלשוננו ואין נכרות לנו ולא מצויות אצלינו. וע״כ נדבר בהם בכלל כי זה יספיק בכוונתינו. ומלת דומם מורה על כל דבר שהוא עומד...). Finis (f. 185, [4]) כמו שמדרך הפעלים שמצד החומר שלא יבוארו במאמר, זה ענין הסגולה, ומה שזכרנו בכאן מהדומם יספיק בכוונתינו.

Tract. IV. בצמח, 4 capp.: א׳ כללים מהצמח, ב׳ בהויית מהצמח וכחותיו, ג׳ בפרקי הצמח, ד׳ בדברים המורים על טבע הצמח; cap. 1 incip.: נזכור בזה הפרק כללים מהצמח לקטתים מספר ארסטו בצמח אשר קצרו אותו האסכנדריים. אמר כי החיים נמצאים בבעלי חיים ובצמח אלא שחיי בעלי חיים מבוארים ונגלים וחיי הצמח נעלמים ונסתרים. Desinit (f. 194, [2]) sic: אבל הגונים האדומים כלם הם מורים על החום מפני הראות החלק האשיים (sic) בהם והירוקים ממוצעים ביניהם וטבע הגונים הממוצעים הם מורכבים מטבע הקצוות.

Tract. V. בטבע נפשות החיותים, constat 2 partibus, quibus praemittitur observatio praeliminaris: *Aristotelem* de *animalium naturâ* locutum fuisse in libro de animal. (בספרו הידוע בספר החיותים), et quidem in tractt. (מאמרות = مقالات, seu libr.) decem prioribus de *divisione* animalium cet. cet., in quibus rebus ut plurimum ea retulerit, quae e scriptis doctorum vel ex ore aliorum didicerit. Hos X tractt. *Averroem commentatum non fuisse* [1]) (sicut alios exposuerit), quia res complectantur traditas (על דרך ספור והגדה i. e. empiricas), speculativa vero eum inseruisse speculativis in tractt. reliquis (אבל מה שנאמר על דרך .·. באלו המאמרות זכר אותו בבאורו לשאר המאמרות שדבר בהם ארסטו על דרך ההקש כאלו המאמרות והסברא; tria puncta vocem omissam designant, quam ex contextu facile supples). Hinc se ex iis (X) tractt. excerpsisse ea

---

1) Attamen versio hebr. MS. *Averroi* tribuitur, quam e Latino Mich. *Scoti* versam esse alibi ostendi.

quae hujus operis consilio inserviant, ea vero omisisse, quae ad animalia spectent, quorum nomina ignota sint, vel in hac regione (אצלינו) non existant; itaque librum in 2 partes se divisisse, quarum prior ea complectatur, quae in iis X tractt. tradantur, capitibus 10. Incipit: אמר ארסטו ומקצת החיות מימיי ומקצת גידולו ביבשה, והמימיי שני מינים ממנו מה שיקבל המים. Alia recensio affertur e. g. cap. 5 f. 199,[2], in fine vero interpres nominatur *ABU'L FARAG* [1]), cui tribuit locum finalem (f. 209,[1]: ויחשבו שהיא עלת הרחם. והמפרש ביניהם כי הרחם בזה החולי קשה ומשושו קר. ונראה לי כי סוף זה הענין הוא מדברי המפרש זה הספר או המעתיק והוא הנקרא אבי אלפרג. כי אני לקטתי אלה הענינים שזכרתי למעלה מלקוטין שמצאתי מאלו המאמרות העשר שהן טופס דברי ארסטו ומהעתקת אבי אלפראגי). — P. 2. בטבע נפשות החיות de *naturâ animalium* 33 constat capp., 1. במספר הסבות שצריך לחקור אותם המעיין בנמצאים הטבעיים והיאך יחס קצתן לקצתן; cap. 33: במקרים והרשומים שיקרו מצד החומר. Cap. 1 incip.: הצריך שנבאר [הדברים?] שצריך לחקור אותן המעיין בנמצאים הטבעיים, ונאמר כי המעיין בטבע הנמצאים צריך שיהיו מונחים אצלו הדברים הנראים לחוש. In fine hujus cap. rationem indicat, cur de animae facultatibus tractaverit in hac parte priore, cui inest »speculatio physica" (שהוא

---

[1]) Abu'l F. hunc eundem esse puto atque *Abd Allah Ibn et-Tajjib* (apud *Wenrich* p. 137 [cf. Indicem p. XXVII], ap. *Wüstenfeld* p. 78 §. 132) alias Tabib, qui obiit A. 1043-4 (ap. *Casirium* I, 300 A. H. 453, inversus pro 435); eundemque atque »אלטיב", qui laudatur et vituperatur a Maimonide in versione alterâ MS. epistolae ad Sam. Ibn Tibbon (v. *Catal.* p. 1900, ubi jam nomen recte suspicatus sum, antequam locum nostrum cognovi). — Apud Wüstenfeld op. 4 ipsum non exstat in Bibl. Bodl., sed laudatur tantum in Cod. (v. *Nicoll* p. 42, 500, 657), et ad op. 9 addendus est Cod. 42,[23] (in Indice ap. Pusey p. 656). — Ex eo, confuso quidem cum viro homonymo notissimo *Bar-Hebraeo* (W^3 457 c), prodiit »*Pharao* Judaeus (!)" ap. Hotting., Le Long, W^1 1855; [v. *Jewish Lit.* p. 293 n. 5, et *Catal.* p. 2259, ubi errorem *H. A. Schultensii* (in notâ ad Herbelot. I, 50) de Cod. Arab. *Leyd.* 39 (454) etiam correxi.

העיון הטבעי). Inter nomina animalium occurrit (cap. 5, f. 221,^{3}) זרעפא, quod hebraice זמר reddit [1]). Alia recensio (נסחא אחרת בתופס דברי ארסטו) citatur in cap. 6 f. 22,^{3}, cap. 23 f. 255,^{3}; in cap. 27 f. 260,^{2} legitur: אמר המחבר ומצאתי כתוב בספר הנזכר שהיה [leg. שהוא ?] ספר ארסטו ומפורש בפי' החכם הנקרא אבי אל פרג'. Formula ergo: אמר המחבר מצאתי כתוב בספר הנזכר aliis locis (e. g. cap. 29 f. 261,^{1}, cap. 30 f. 262 cet.) ad eandem referenda editionem Abu-l Faragii. Finis f. 267,^{2}: ואומר בכלל כי מה שיעתק מהחדור אל הכבדות ומהכבדות אל החדוד סבתו כי אין תוספת כח המניע בו והמתנועע על יחס אחד בגודל וישתנה בזמני גדולו יחס המניע אל המתנועע, והחיוני המסורס ידמה קולו כקול הנקבה. — [Quae in foliis proxime sequentibus inseruntur v. infra sub 5] — —

Tract. VI (f. 273) בטבע כחות החיונים 5 complectitur partes, א' בחושים החמשה וחוש המשתתף וכח הדמוי, ב' בנפש המדברת והכח המתעורר, ג' בחוש והמוחש; pars 1 dividitur in 12 capp., quorum 1) commemorat opiniones veterum de animâ, 2) propaedeutica de animâ, 12) de imaginatione (הדמוי); cap. 1) orditur a praemonito: כבר דברנו בחלק החמישי בטבע אברי החיונים, ונשאר שנדבר עתה בכחותיהם, ומפני שחכמת הנפש מעולה מצד כמו שאזכור הארכתי בזה החלק כי זה הענין לארכות (sic) וצריך האדם שישתדל בזה הידיעה יותר משאר הידיעות כי עמה ידע נפשו ובוראו וכו' [2]) ונמצא כתוב בהיכל אחד מהקדמונים [3]) דע נפשך בן אדם ותדע יוצרך . אמר אריסטו וכל.

---

1) Cf. *Saadia Gaon* (sec. Litbl. V, 693). De camelopardali apud *Averroem* v. *Renan* p. 17.

2) Similibus argumentis excusat repetitionem f. 299; cff. dicenda in fine descriptionis nostrae.

3) Vide Apophthegm. Honeini I, 13; cf. Litbl. VIII, 121. — Sensus sententiae non est negativus tantum (ut secundum *Dukes*, Litbl. VIII, 121; cf. quoque *Palquera*, Comm. Moreh p. 111) sed positivus: hominem nimirum cognitione sui ipsius Deum cognoscere (cff. Commentatores philosoph. ad Job. XIX, 26). Diserte id exprimit *Bathliusi*, citatus ab ipso *Dukes*, Litbl. IX, 622 cet.

חכמה מפוארה ומעלה אלא שמקצת החכמות נכברות ממקצתן, וחכמת הנפש קודמת (!) שאר החכמות. Inter veteres illos auctores de animâ unus diserte nominatur *Plato.* Initio cap. [2] (f. 276, [1]) observat, ex iis, quae in eo dicturus sit, plurima jam comprehendi capite 1, sed hîc ea proferenda, quae *Commentator* (החכם המפרש, i. e. *Averroes*) initio libri exposuerit. Incip.: אמר וקודם שנתחיל לדבר בנפש נקדים דברים התבארו במה שקדם, ונאמר כי כבר התבאר במאמר הראשון [1] כי כל הגופים ההוים הנפסדים מורכבים. — Pars 2 (f. 289, [3]) capp. 4: א׳ במציאות כח המדבר וכו׳, ב׳ במהות הכח המעשי, ג׳ במהות הכח העיוני, ד׳ בכח המתשורר; incip.: ונאמר כי מאחר שהידיעה השלמה הגיע לאדם שיקדם תחלה וידע מציאות הדבר. Cap. 3 ff. 291-300 implet, quia materiam prolixius tractat, et locos ex *Commentario* (magno) inserit (ואמר בפירושו לס׳ הנפש e. g. f. 295, [1], 296, [2], 297, [1], 298, [3,4]); cap. 4 clauditur observatione, hucusque de animâ generatim actum esse, nunc ad facultates singulas esse transeundum. — Pars 3 (f. 301, [2]) capp. 8, scil. 1) בכלי החושים, 5) בכח הזכרון וההזכרה, 6) בתנומה וההקצה, 7) במהות החלום וההשגות האלהיות, 8) בסבת ארך החיים וקצורם; respondet ergo »parvis naturalibus” (الحس والمحسوس). Incip.: (sic) וצריך שנדבר בתחלה בכלי החושים, ונאמר בכלל כי הכחות החשים יש מהם שמציאותם הכרחי לחיותי כחוש המשוש וחוש הטעימה; cap. 5) (f. 305, [1]) וצריך שנדבר בכח הזכרון וההזכרה ונאמר כי הדברים שנשיגם או שנשיגם בזמן העומד כמושגי החושים; desin.: (f. 307, [2]) ועי״כ הוא מעיין בהם היטב, ומפני זה לא ישכח אותו אלא בקושי; cap. [6]) incip.: וצריך שנדבר בתנומה וההקצה ונעיין בהם אם הם מסגולות (sic) בנפש או בגוף; cap. 7) (f. 309) de somniis, quod ut cum Averroe compararetur operae pretium esset. Noster Judaica nulla ibi immiscet, exceptâ animadversione f. 512, [2], ubi Rabbinicum citat: כאן ע״י מלאך כאן ע״י שד; cap. [8]) (f. 513, [1]) incip.: וצריך שנבאר סבת ארך החיים וקצורם, ונאמר כי מהידוע שיש בכאן סבות טבעיות

---

[1]) Suppl. liber, scil. שמע הטבעי, cf. Exordium Averrois et Compend. in Cod. Warn. 85.

ועיב רבוי הרם כמ׳ כן הוא סבה במקרה : finis (f. 314,[4]) ; הן סבות ארך כי רבוי הרם יקרה לחיוב מתוספת החמימות והרטיבות.

Tract. VII בגופים הגלגליים 3 partes comprehendit, א׳ אם העולם הוא אחד או הוא יותר או אם יש תכלה לגדלו, ב׳ בגלגלים, ג׳ בכוכבים. Monet auctor, quamquam de sphaeris et stellis sermo fuerit una cum elementis inter libros physicos, scil. in lib. speciali *de Coelo et Mundo*, se iis, quia simplices sint cet., librum dedicasse specialem. — P. 1[ae] capita 10; ultimum: יתבאר בו שאי אפשר במה שהוא נצחי שיפסד ולא במה שהוא הוה שלא יפסד; [1]) incip.: וצריך שנגדור הגוף הטבעי ונבאר שהעולם שלם ואין בו חסרון, ונאמר כי אריסטו התחיל להודיע בתחלת ס׳ השמים והעולם מה מונת החכמה הטבעית ואמר כי רוב ידיעת זו המלאכה מהמונת תהיה בגופים ובגדלים [l. ובגדולים] וברשמים המשיגים להם ובתנועותיהם; partis finis (f. 324,[2]): ומזה הצד יתאמת כי כל גוף יש לכחו תכלה, ומה שנמנע בכאן שיהיה הנצחי בו כח בעצם לא כח באין, וזו השאלה היא עמוקה כמו שתראה. והנה התבארה בתכלית הביאור בעה האלוה ית׳ ויתע׳. — P. 2 (f. 324,[3]) capita 6; ultimum: יתבאר בו למה היתה התנועה היומית מצד אחד ולא מצד אחר; cap. [1] incip.: וצריך שנבאר כי הגוף הגלגלי עגול, ונאמר כי תבנית הגלגל כמו שבארנו חלק הראשון בפרק השני ממנו מהחיוב שיהיה עגול, כי הוא התבנית הנאות לטבעו ועצמו; partis finis (f. 328,[4]): שבשתי הפאות שהם תהיה התנועה. — Pars 3 capita 5; ultim.: נבאר בו שתים (sic) שאלות קשות; cap. [1] incip.: וצריך שנדבר בעצמי הכוכבים, ונאמר כי מהחיוב שיהיה עצם הכוכבים מטבע הגוף החמישי; partis finis (f. 333,[1]): וב״ש שלא יהיה רחוק התנועות שאר הגלגלים כתנועת הגוף המקיף, וכולם משתתפים בהתחלה אחת, וזה מה שרצינו לבארו.

Sequitur (f. 333,[2]) *praemonitum* sine inscriptione speciali (incip.: אמר המחבר כבר זכרתי בתחלת זה החבור בחלק הראשון ממנו שהוא חכמת הטבע), ubi, respiciens ad introd. in Partem I, ejus summam repetit de proposito et indole libri, brevissime sed distinctius. Ex opinionibus Philosophorum ei, qui Legem agnoscat, eas tantum accipiendas dicit, quae cum Lege et Rabbinis concordent (וזכרתי עוד שם כי אין צריך המאמין בתורה שיאמין באלה הדעות אלא המוסכם עם תורתינו האלהית ודעת חכמינו ז״ל), discre-

pare vero nonnullas in physicis, ut de aeternitate mundi cet., plures in metaphysicis (חכמת האלהות), tractatis in parte *secundâ*, ubi plurima tantum ex conjecturâ, seu opinatione (אמור) dicta esse, ipsi confessi sint posteriores. Hinc maxime differre sententias in hac scientiâ; attamen probata plura ad radices Legis (עקרי התורה) pertinere, ut existentiam Dei et Angelorum cet., alia vero, quae conjiciendo statuta sint v. c. de providentiâ cet., removenda esse a sectatore Legis, qui dicta Prophetarum recipiat vera. Se vero jam initio partis I. sibi proposuisse) [1]) *componendi librum secundum*, juvante Deo, ubi commemoretur quid ex opinionibus illis conveniat cum (הנאות עם) Lege et Sapientibus (חז״ל), vel non conveniat [2]). Ipsos Philosophos confiteri, multa in hac scientiâ dubia esse. Sequitur citatum ex *Aristotele* »ex initio libri ipsius de hac scientiâ" [3]), quod excipit monitum, praemittendam esse partem I^am^ physicam et hinc secundam *Metaphysicam* (מה שאחר הטבע) nuncupari.

Pars secunda orditur a formulâ brevi sine inscriptione, imo sine divisionis notâ, ita ut numerus incertus sit tractatuum, quorum enumeratio continuatur.

Tract. VIII (f. 334, [2]) בשכל. הפועל *de intellectu activo* tantum 2 capita continet: א׳ יתבאר בו מציאות השכל הפועל, ב׳ יתבאר בו מעלתו ופעלתו; incip.: וצריך שנבאר מציאות השכל הפועל ואע״פ שכבר מציאותו במאמר הששי בענין הנפש ואמנם ראינו לזכרו במאמר נפרד

---

1) התנתי, i. e. conditionem stiti, quam tamen verbis non significavit; locum enim, ubi id distincte indicet, frustra quaesivi in introductione.

2) Forsan in mente habuit נר החופש, librum de secretis Pentateuchi, de quo vid. יקוו המים p. 9? — Analogia videtur aliqua inter *Gazzalii* opera de opinionibus Philosophorum, quas ita exposuit, ut ipsas in genere refutet, et inter nostrum, quod eas in genere probat.

3) Locus, incip.: והעמידה על האמת, est idem, quem in specimine XXXV° ex versione Arabico-Lat. adjecit *Jourdain*; de hoc initio v. notata supra sub op. [1] hujus Cod. p. 58.

בזה החלק השני מפני שהוא מהנמצאים הנבדלים והוא במעלה אחר השניים . אמר ׳ן סינא ו״ש [וצריך שנבאר] מציאות שכלי נבדל מהגופים והוא לנפש הנכבדת כמו המקור , ונאמר כי העצם השכלי נמצא בקטנים ריקם מכל צורה שכלית. Tractatulus bicce nulli respondere videtur tractatui speciali *Averrois* (cf. infra); cap. 1 praeter citatum ex *Avicennâ* tantum brevem de opinione *Averrois* aliorumque Commentatorum notam seu ablegationem continet; cap. 2 (f. 335, [1]) ex *Alfarabio* excerptum est; incip.: אמר אבונצר והשכל הפועל פועלו ההשגחה בבעלי חיים המדברים ויבקש להגיעם לסוף המעלות השלמות אשר בכח האדם שיגיע לו והיא ההצלחה הקצויית , והוא שיהיה האדם במעלת השכל הפועל ואמנם יהיה כן כשיהיה נבדל מהגופים ולא יצטרך בקיומו אל דבר אחר ממה שהוא תחתיו מגוף או חומר או מקרה , ושישאר על זה השלמות לעד , וזה השכל עצמו אחד והוא אשר צריך שיאמר שהוא שהוא הרוח הנאמר רוח הקדש ומה שדומה לאלה השמות ומעלתו נקראת המלכות [الملكوت] והדומה לזה מהשמות. Liber al-Farabii est notissimus ההתחלות, ubi locum hunc legas in initio [1]). Locus statim sequens (וזה השכל ישכיל הראשון והשניים כלם וישכיל עצמו . . . הדברים אשר בעצמם בכח) legitur ib. p. 4 (omissis enim iis, quae non ad argumentum speciale spectant) ad p. 5 l. 18 usque. Quae sequuntur (f. 335, [2] lin. 8 a fine והשכל הפועל הוא ממין השכל הנאצל) jam ad locum citatum non pertinere videntur; f. 335, [3] revocatur ad Aristot. in lib. de Animâ; finis (f. 336, [1]) post

---

[1]) P. 2 ed. Londin. (in האסיף 1849-50), ubi interpres noster Samuel fertur, filium *Mosen* rectius haberi in MSS. pluribus, putavi in *Catal.* p. 2001, quod nunc ex discrepantiâ versionis (unde specimen exhibui) aliquantulum confirmatum habeo. Confirmatur etiam alia mea conjectura (Ersch, S. II vol. 31 p. 53 n. 68), voces אישים ר״ל in lib. edito verba esse interpretis vel glossae non ipsius Alfarabii, ut perperam *Jellinek*, Beitr. I, 61! Contra voces »Spiritus sanctus" (روح القدس; cf. *Geiger*, Was hat Muham. p. 82, et *Jüd. Lit.* 418 n. 38, cum Ersch, vol. 27 p. 168 n. 7), neutiquam suspectae sunt, quas tamen ap. Averroem »sine dubio" interpolatas censet *Renan* p. 117, non curans observationem suam de methodo »criticorum Germ."; p. 97.

ablegationem ad tract. II: ן רשד אמר כי אין צריך בדברים הטבעיים להכנים שכל נבדל בדבר מדברים ההוים אלא בשכל האנושי בלבד, ואמר שזו דעת אריסטו כמו שהתבאר במקומות בזה החבור.

Tract. IX, inscriptus: המאמר הט׳ מן הח׳ (sic) [1]) מרשת הפילוסופים בהתחלות השניות, i. e. de principiis secundis [2]), continetur 2 partibus, scil. האחר בעצם המוחש ובדברים שהם כמו הצעה לזה החלק והחלק הי׳, החלק השני בהתחלות השניות. P. 1 ergo de substantiâ (rei) sensibilis, et de iis agit, quae introductionis loco inserviunt ad hanc partem et ad *decimam* [i. e. *tractatum* X]; pars 2 de principiis secundis. Pars 1^{or} capita complectitur 10, quorum ultimum יתבאר בו כי יש לכל הדברים סבה אחת והיא התכלית הפועל והצורה. Cap. I (f. 336, 2) incip.: ר״ש [וצריך שנדבר] בדברים שראוי להקדימם קודם שנדבר בזה המאמר. ונאמר כי כבר התבאר כי המלאכות והחכמות ג׳ מינים או מלאכיות עיוניות, והן אשר תכליתן אחד. Respondet ergo initio *Epitomes* Averrois. Cap. 2 (f. 337) *terminologiam* (utilissimam) exhibet, scil. vocum הנמצא, העצם, היסוד (f. 337); המקרא, (f. 338) התחלה, הצורה, החמר, הסבה והעלה, הטבע, ההכרח, (f. 339) האחד, התכלה, הדבר, מאמר העצם, מאמר הצירוף, האיכות, הכמות, (f. 340) האפס, המתנגדים, ההפכים, המתחלפים, הרומה, (הוא הוא seu) הוא, הקודם והמאחר (f. 341); הכל והחלק, השלם והחסר, הכח והפעל, זולת, מה (f. 342); sed proh dolor! ipsae inscriptiones in hac Codicis parte, evanescente ipsâ chartâ, jam partim nonnisi ex hiatûs et fissurae formis conjici possunt, neque opus ultra cap. 4 procedit, ubi ex custode constat, Codicem olim pleniorem fuisse. Ex allatis vero efficiam, tractatum X. (qui fortasse de causâ primâ, seu de Deo tractaverit) operis ultimum fuisse.

Absolutâ itaque delineatione operis encyclopaedici insignis et hucusque fere ignoti, nonnulla ipsius indolem spectantia breviter adjiciamus. Totius operis fons praecipuus

---

1) Vel החבור, vel החלק, suppl. השני?

2) De iisdem tractat al-Farabi l. c. p. 18 et seq.

est *Averroes* 1), cujus opera, (quantum innotuerunt) speciatim cum nostro conferre operae pretium est ad singula citata definienda. Generatim tamen *ex eo* petitos puto locos, ubi occurrunt auctores antiquiores, e. g. *Galenus* (f. 212,[1], 285,[3] cet.), *Alexander* [Aphrod.] et *Themistius* de Animâ (f. 286,[3]), *al-Farabi* (passim), *Avicenna* (saepissime, ut 183,[4], 184,[4], 236,[2], 241,[1], 286,[2], 293[4], 297,[3], 312,[2,3], 323,[2], 324,[2], 331,[2]) *Ibn al-Ssaig* (בן אלצאיג) »in libro de Animâ" (f. 246,[2] cf. 286,[3], ad hunc librum ipse refert passim Ibn Bagé in lib. אגרת הפטירה, de quo cf. quae scripsi in Erschii Encycl. S. II vol. 51 p. 52 n. 53), ut *Aristotelem* transeam. Citationem tamen passim allatam ex ipsis auctoribus (Arabice versis, quod Graecos attinet), vel saltem ex Averroe in libro diverso ab illo, ubi locus citatus occurrit, petitam existimem ex formulâ nomini auctoris praepositâ: ... אמר המחבר אמר, vel המעתיק cet. Ita citantur *Avicenna* (f. 150), *Aristoteles* שאומר (!) בס׳ הצמח מצאת (f. 169, 172,[3]); ויראה מדברי אריסטו בס׳ החיוני (285,[4]). An huc pertineat locus insertus (אעפ שלא נזכר זה בס׳ אריסטו f. 213,[3]) nescio; etiam anonyma eâdem formulâ citantur, e. g. f. 217,[2] אמר המחבר ואני מצאתי כתוב; *Averroem* Noster passim diserte nominat (e.g. 185,[3], 193,[3], במקום אחר 326,[4]), isque sine dubio jam a nostro »*Commentator*" 2) vocatur (החכם המפרש f. 286,[2], החכם המפ׳ בפירושו 286,[3] scil. de Animâ). Sententia *Socratis* (f. 310,[2]: וע״כ השיב סקרט לאנשים שהיה מתוכח עמם איני אומר שחכמתכם זו האלהית בטלה ....), quamquam non verbo-

1) Cl. *Renan*, qui in capite de Averroe apud Judaeos praeter observationes cl. Munkii, ex Bibliographis et Catalogis potissimum sua congerere coactus erat, Samueli nostro recte abnegat versionem libri Physicorum (p. 148), operis vero nostri mentionem non facit, quae *prima* forsan versio est omnium librorum physic. et metaph.

2) Cf. *Renan* p. 188, 210, 213, et 174 n. 6, ubi ex hoc indicio opus Seculo XIV° tribuit.

tenus, jam A. 1140 occurrit ap. *Jehudam Levi* (Cusari IV, 13, V, 12 p. 333, 405 ed. Lips. 1853, W[1] 1747), et in eodem capite de somniis ap. *Jehudam b. Salomo* in Cod. nostro f. 67,[2], e quo verbotenus ap. *Ahronem b. Elia* in Ez Chajjim, ubi p. 268 nomen אבוקרט e solâ auctoritate Jeh. Levi emendavi [1]). Nescio an Nostri sit glossa ad locum notissimum, ubi Averroes monet, Aristotelem in libro de Animâ promisisse disquisitionem de intellectu, eam vero non exstare, »scil. in libris Arabice versis" cet. (ואריסטו יעד לחקור זו השאלה בספרו בנפש אבל לא נמצא . (sic) אמרו זה בספרים שהועתקו ללשון הערבי, אבל נמצא במאמר אלכסנדר המפרש בשכל דרך מופת בזה הענין וחושב כי הוא אשר הגיע לאריסטו לומר בשכל הנאצל) [2]).

Opus nostrum denique non modo maxime se commendat si argumentum spectas, sed etiam si *terminologiam* Hebraicam, ubicunque librum evolvis. Hebraica passim redduntur Arabicis, e. g. מחשבה per ظن (f. 288,[2]), catarrhus narium (כשיגר מהאף רטיבות) per נזלא (ex quo hebr. נזלים, e. g. ap. Maimonidem, Aphor. f. 9 d.; vidd. citata in libello meo: Die fremdspr. Elemente cet. p. 16, cf. Zeitschr. d. d. m. Gesellsch. X, 508-9). Alia redduntur linguâ »barbarâ" i. e. vernaculâ (בלע״ז); e. g. פיאדרא שנגינינא »piedra sanguinina" (f. 175), בוראגיש (i. e. voraces f. 265,[3]), vel utroque sermone; e. g. כראכי ובלע״ז גרואש, i. e. كراكى grues (cf. Cusari IV, 3 p. 319 ed. Lips.). In rebus naturalibus passim Arabicâ utitur voce nullo modo expositâ; e. g. תמסח (f. 194, cf. Ibn Esra in Exod.

---

[1]) Vocem הראשון nemo praeter Jehudam Levi exhibet. Jehudae b. Salomo opus Karaeis, speciatim Ahroni b. Elia fontem fuisse, jam alibi suspicatus sum (v. Cod. W. 21) — De precatione Socratis ex Arab., ut vid., versâ a *Serachja b. Isak*, v. *Catal.* s. v.

[2]) Cf. *Renan* p. 347, ubi versio Latina ex *Hebraicâ* MS.[a], interprete Samuele nostro, petita et emendanda est; vide notam mox sequentem. Cf. quoque de »conjunctione" et scriptoribus de eâ *Mosis Chabib* Comm. in Jed. Penini f. 8 v., 10 r.

VIII, 27, et Gerson b. Salomo IV, 1 et VII) cet. Passim *Interpretes* laudat, vel potius vituperat, e. g. f. 284 tradit plurimos eorum voce טעם (sapor) pro טעימה (gustatus, חוש הלשון) usos fuisse; כח המתאוה pro Arab. נזוע ponit; interpretes nonnullos vero המתשרר vertere dicit, prout Interpretes Arab. ex Graeco vel אלשוק = תאוה, vel נזוע = התשררות. — Opus nostrum recentioribus integrioribusque operum Averrois versionibus (Saec. XIII[i] potissimum) deinde cessisse videtur; locum enim diserte ex nostro citatum me offendisse non memini; in Collectaneis Jochanan Allemanno quidem רשות הפילוסופים excerpitur, sed hoc est homonymum opus *Isak Albalag* (supra Cod. 6, [2]). *Schemtob Palquera* quoque operis homonymi auctor esse fertur, sed argumentum apud Bibliographos ex ipso opere nostro petitum esse censeo (v. *Catal.* s. v.) Introductionem ante oculos ipsi fuisse suspicor *Palquerae* (Comm. in Moreh, II, cap. 22; cf. praef. p. 8) [1]). Tacite vero e nostro hausisse videtur *Gerson b. Salomo* in libro שער השמים, ubi etiam alia ex Samuelis operibus excerpsit, imo *Epistolas de conjunctione* ex versione ejusdem integras inseruit [2]). Hinc Doct.[m] D. Cassel, qui nuper articulum »Gerson b. Salomo" pro Erschii Encycl. scripsit, incitavi, ut utrumque opus speciatim conferret.

4) (f. 345, [1]) שער הלמד ממה שאחר הטבע, *Porta* (*tract.* seu *liber*) *Lamda Metaphysicae* ex Arabico hebr. per MOSEN IBN TIBBON B. SAMUEL. Incipit: אמר אריסטו הנה הנמצא יאמר על מינים רבים; liber vero a librario ad finem non perductus est (desinit f. 353, [1]). In fine Cod. *Canoniciani* 7 (ut lege in *Catal.* meo

---

[1]) Palquera *Maimonidem* ab *Averroe* citatum putat, secundum lectionem meliorem Cod. *Schorrii;* vid. Catal. s. v. Schemtob Palquera.

[2]) Vid. supra ad Cod. 6. Conjecturam meam de Cod. Laurent. 51 Plut. II confirmavit hujus Biblioth. custos eruditus *Fausto Lasinio* in epistolâ, quam mense Nov. 1855 accepi.

p. 2003 pro 63), ut in initio Cod. Lips. XL cet., titulus est המאמר תרשם, et auctor hujus Comm. nominatur *Themistius*, incertus vero est Interpres Arabs; ex versione nostrâ Latina sine dubio oriunda est, Interprete *Mose Finzi* (v. *Catal.* p. 981). — Restat ut de iis, quae mediis foliis inserta sunt paucis disseramus.

5) *a*) (f. 268, [3]) *Aenigmata* in censum veniunt (non textui inscripta) cum solutione (תשובה), quorum numerus est 21, primum: אמור מה זאת ואי זו היא אשר אמה כנעה היא כהולדה ליולדתה תתן על ילדתה, ראה כסף בתוך קרבה וגם זהב על לב לבה הלא תראה כתובה היא במסכתא בראשיתה מלובשת כסות לבן ואחות אחותה לבן והוא שתכרות את ראשה או המספר יהי מקשה .·. תשובה, היא הביצה וכו׳ וכתובה בראש מסכת יום טוב וכמנין רבקה בהסרה (sic) הריש; n. 20 est notum (e. g. in limine Cod. Uri 182) ארבעה הלכו אל הים צר וציר, de Pharaone cet. Occurrit quoque aenigma de *Schachiludio*, quod ex Cod. *Sorb.* 112 affert *Dukes*, Litbl. VIII, 230, ubi שאך שפיעל cum orthogr. antiquâ non congruit; in Cod. nostro צחוק האשקקי vocatur. Germanica similia e Cod. Uffenb. exhibet *Maius* p. 171. *b*) (f. 269 v. et 270) varia; notae, tum medici argumenti quae partim ex *Galeno* sumtae, tum physici, chemici, tum etiam quae superstitionem spectant, cet.; nomina porro medicamentorum, aut literis Arabicis et Hebr., aut (f. 272 a) solis literis Arabicis exarata.

WARN. 21.

[Cod. chart. fol., ff. 255; charact. ad Hispan. accedente (v. Specimen) inaequali, modo majore, modo minore (in margine passim lineolis obliquis), plurimis locis manu recentiore, non venustâ, suppletus. Scriba hic recentior non animadvertisse videtur, folium tunc primum, (nunc 3 signatum), ubi custodem לבלר posuit, perverse compactum esse; eo verso enim pars eorum exstat (scil. inde a verbis שהקבלה תנצח), quae

3) היכלות, *Templa*, quae partem sistunt chaldaicam libri זוהר, ut ad marg. Cod. nostri verbis בפ׳ פקודי רמ״ה innuitur; incip.: אמר ר׳ שמעון הא תנינן; desinit (f. 107 v.): כל של אורות טלך וארץ רפאים תפיל. נשלמו היכלות וכו׳. De origine cf. quae monui in *Catal.* sub Nachschon Gaon p. 2020. *W*[1] p. 1143 MS. Sohar in Bibl. Leydensi sine num. laudat, quod vix huc spectat, aliud vero non occurrit.

4) מדרש רות הנעלם, *Midrash Ruth occultus*, seu *mysticus*, cum emendd. et additt. gravibus ad marg. et in ipso textu; incip.: בימי שפוט השופטים רבנן פתחי מאי דכתיב ברן יחד כוכבי בוקר; finis (f. 150 v.): ומצדיקי הרבים ככוכבים לעולם ועד. W[3] p. 1199 n. 342 b (omissâ voce הנעלם) opus non recognovit editum sub tit. יסוד שירים, et recusum supplementi instar ad lib. זוהר (v. *Catal.* p. 543 N. 3499 et p. 2004 lin. 1; Litbl. XII, 616) [1]).

Sequuntur *Excerpta* nonnulla.

5) (f. 154) סוד הנחש ומשפטו ומעשהו, *Arcanum serpentis* cet., auctore *Anonymo*, ita pergens: וקודם שאכנס בביאורו צריך אני להודיעך עקרים גדולים שהם דורך גדול בהשגחת (sic) דבר זה. כבר הודעתיך בני כי מן הבינה ולמעלה אינו מושג תורע לשום נביא עין לא ראתה; finis (f. 158): כתיב נ״ון סמ״ך עי״ן פ״ה לפיכך אין נו״ן במזמור תהלה לדוד ואין קו״ף במזמור אליך ה׳ נפשי אשא . . . כתיב ביהושע קום לך למה זה אתה נופל על פניך. תם. Plurima exstant variorum auctorum Kabbal. hujusmodi »arcana", seorsim vel collecta, ut *Mosis de Leon*, ubi saepissime insertum est opus sequens (v. Cod. *Scal.* 15); id vero *W*[3] p. 1208 n. 505 (ubi desid. ומשפטו) male ad nostrum »ff. 8" pertinere putavit. Nostrum quidem inter

---

1) Occasione datâ addam observationem *B. Goldbergii.* In textu edito f. 27 legitur: אלהי של משתיזלה, Deus Moatazile!

arcana Mosis laudati nondum offendi, neque conjecturam ullam de auctore proferre audeo.

6) (f. 158 v. -- 160 v. fin.: בעיה) יח' ויתי) JOSEF בן GIKATILIA (ג'יקטיליא), *Arcanum de Bath Seba*, inscriptum, להרב המקובל ... ר' יוסף; v. ad op. 5.

Sequitur (f. 161) *Excerptum*.

7) (f. 161 v. — 162 v.) פרקי חבוט הקבר, Capitula 5 de *Percussione sepulcrali*, edita (v. *Catal.* p. 547 N. 3529); *W*[2] p. 1185 n. 200 male Cod. XXXV notat. — Sequuntur *Varia* usque ad f. 163 v.

WARN. 33.

[Cod. chart. 8⁰ seu 4⁰ min., ff. 106; charact. Hisp. majore, pinguiore, composito, exaratus in usum *Esrae Caravidae* (קאראוידה sic, cf. ad Cod. W. 13), singulis locis jam atramento fusco erosus. Folium praefixum laceratum forsan nomen possessoris exhibuit.]

ספר מה שאחר הטבע, *Metaphysica* ARISTOTELIS (*W*[2] p. 136). Desideratur praef. interpretis (quae exstat in Cod. *Mich.* 421, praeterea cum nostro omnino congruente), BARUCH IBN JAÏSH (יעיש) B. ISAK, qui librum se ex voto *Samuelis Zarfatii* [1]) ex *Latino* vertisse dicit, quia »versio ex Arabico perversio sit" (יחד עם הלשון עיניו נשתקו ותהפך לאיש אחר) [2]), seque tractatûs (libros) singulos in Capp. divisisse, quorum indicem prae-

---

[1]) Non *Isak*, ut *Carmoly*, in Isr. Annal. 1839, p. 302, qui more suo cum Nostro confundit homonymum, a Nostro fortasse descendentem, *Damascenum* Saec. XVI[i] (v. *Catal.* p. 774, et Add. ad locum), cf. *Serapeum* 1851 p. 63, et infra ad Codd. W. 39 et 44.

[2]) Eadem est notissima sententia eademque fere verborum allusio *Casirii* (I, 266) de versionibus ex Arabico Latinis.

fationi apposuit, ubi vero tract. I. »introductio" nuncupatur [1]). Conspirat versio haec cum Latinâ, editâ in Opp. Aristotelis a. 1560 vol. VIII, sed XII tantum libri exstant. Initium: כל האנשים בטבע יכספו לדעת; finis אם כן הראש הוא אחד. Fusius de opere et interprete (W[3] 430c = [1] 1128) disseram ad Cod. Mich. laudatum.

WARN. 34.

[Cod. chart. 8° maj., ff. 5 et 72. Textus lit. quadr. punct., Comm. atramento pallente charact. eodem minore, ut ejusd. auctoris opus in Cod. W. 29, f. 20 v. suppletur citatum ex Ibn Esra, charactere simillimo paullum minore, forsan *autogr.?* Fol. 5 praefixo charact. Hisp. legitur: אלו האזהרות שחבר החכם השלם כמהר״ר מנחם תמר נ״ע; f. 1 subjicitur: על משקל יתד ותנועה ויתד ושתי תנועות השיר מחולק שלש חלקים המשקל והסוגרים שוים כמשפט טובי המשוררים. Locis pluribus legitur: כאבה תמר נ״ע; f. 72 sunt carmina duo acrost. (יוסף) in laudem libri et auctoris, manu Hisp. recentiore *Josefi Tamar*. Fol. 1 aliâ manu legitur hymnus alphab. triplici, cui possessor manu Hisp. inscripsit: וידוי ללילי סליחות, *Confessio in noctes Selichot;* incip.: אשמתי אשום אשם | ולמאום רשעים ורגשם | לבי הלך שם || בגדתי כפי בוגדים וכו׳.]

תנחומות אל, *Consolationes Dei* (v. f. 6 v.). Carmen in 613 praecepta s. d. *Asharot* (**אזהרות**) cum Commentario, auctore MENACHEM TAMAR [2]), praemissâ praefatione (v. *Append.* VIII),

---

[1]) Ita in Comm. Jo. Duns Scoti ed. 1501 lib. I »Prologus" inscribitur (cf. supra p. 52, 58) et הצעה ap. Ob. *Sforno*, אור עמים initio.

[2]) Nomen *Timâr* pronunciat *Dernb.* l. c., sine dubio quia תמאר Arab. ثمار habuit, sed Noster vixit in terrâ Graecâ, et nomen saepius תמר, quam תמאר scribitur; certe vero טמאר (seu טאמר ap. *Sabbatai* s. v. ראשי בשמים, ubi מאמר vitio typogr. in ed. II) incorrectum sibi sumsit *W*[1. 3] n. 1431; *Matatjam* תמר, qui paullo post Nostrum flo-

ubi, de peste loquens, se puerum nuncupat, certe nondum 20 Annos natum, nunc vero senem. Pestis Annum lego 226 (1466), quamquam litterae כו junctae sunt, unde הר״ט vel ה״ט [id nequaquam!] (i. e. 1449 vel 1459) legit *Dernburg* (Geiger, Zeitschr. III, 277), sed literae ט pars sinistra semper superius ducitur; magisque A. 1466 quadrat cum A. 44 vel 53 (כוא הגאולה), qui in Cod. 29 indicatus videtur, ubi praeterea magister Sabbatai Kohen idem videtur, ac censor Mardochaei Comtino (Cod. W. 41, [21]). Argumentum aliud ad promovendam aetatem nuper mihi occurrit in Cod. MS. A. 1529 exarato (nunc Bodleiano), qui Nostri Comm.[os] [hactenus ignotos] in libb. *Esther*, *Ruth* et *Proverbia* continet, ubi in Comm. in Prov. (in initio et passim) Comm.[um] קב תקי in Prov. anonyme quidem citat, sed eundem certe, qui est auctoris *David Ibn Jachja* (mort[i] A. 1504, v. *Catal.* p. 864). Errant vero, qui Nostrum A. 1524 Grammaticam ראשי בשמים (citatam in Ruth 3, 2) scripsisse dicunt; primus nimirum *Bartol.* (nescio quo fonte; in Indice auctorum Codd. Vatic. ap. Assemanium Nostrum frustra quaesivi), et adhuc *Luzzatto* (Prolegg. p. 36), unde W^1 p. 764, et *De Rossi* Wörtb. p. 307 (Dizion. II, 141, 145, altero loco omissâ aetate!), ejusque Epitomator coecus *Ghirondi* (תולדות ג״י p. 236), Nostrum Saec° XVI° collocant. Addam citationem aliorum ejus scriptorum hactenus ignotorum ex initio Comm. in Ruth (ואני כתבתי בפרשי דבריו [של ראב״ע] בפירוש התורה

---

ruit (v. *Asulai* I p. 144 ed. Benj.; cf. *Conforte* f. 33 lin. 6 a fine, ex Eliâ *Misrachi*, Resp. 89, ubi tantum מתתיה?) ipse affert W^3 n. 1680b (et cf. *Schemtob* di תומאר ap. *Conforte* f. 47 v.?). Tamar, filiam Josefi התמרי in Italiâ, Saec. XVI, vid. in *Catal.* p. 520 N. 3405; attamen Elieser תמאר occurrit aetate nostrâ in Algeriâ (v. indicem subscribentium in Comm. Jonae in Abot ed. 1848). Michael »Tamar" in Indice auctorum hymnorum Litbl. IX, 576 Namar (נמר) legere jubet cl. Luzz. in epistolâ privatâ.

(ובצחות ובמאזנים); cf. quoque infra sub obs. V. — In Machsor Graeco Nostri sunt hymni שורו לאל ידידים (f. 89), et ציון הלא תרעי (f. 213)[1]. — Praefationi subjunctae sunt 10 observationes praeliminariae (הקדמות), qui refertae sunt notitiis notatu dignis, spectantibus liturgiae et poeseos hebr. historiam; quorum specimen ex observ. III (f. 4a), ubi quaestio tractatur, cur veteres, Psalmista praecipue David, carmina metrica (שירים שקולים, cf. II f. 3: שירים שקלים בעלי לחנות [الحان] תנועות) non composuerint, exhibuit *Dukes* (Litbl. IV, 340), oscitanter excerptum pejusque editum [2]). In eas adjiciam indicem brevem: Observ. I, de occupatione cum lege, citat מעשה אפוד (praef.); II. de carminibus melodicis et assonantibus (v. supra), citat החוקר בהגיון בספר השיר בפרק השלישי; i. e. *Aristot.* (cf. observ. VI); III. locum de Asharot *Sal. Ibn Gabirol* et *Eliae Kohen Tshelebi* (צלבי) [3]) legas in *Append.* IX; IV. (f. 4 v.) de causis adjiciendi omnino Comm.,

---

[1]) Debeo haec cl. *Luzzatto*, qui addit, in Diwano Bedarschi MS. ap. Almanzi plura exstare cum acrost. *Menachem b. Moses;* num hic sit idem atque Noster ??

[2]) Lin. 5 ממנו l. מעינו; בירו l. ביד; lin. 6 איך לתמוה l. ויש; lin. 7 נהיגו l. הנהיגו; lin. 8 הדברים l. הדבורים; lin. 9 בלתי l. הבלתי, post שיר adde היה, ib. עבודת l. עבודות; lin. 11 הקב״ה l. הש׳, pro ג״כ l. אם כן; lin. 14 שבזמן הזה l. ההוא; lin. 18 ואין לאמור l. ואין לאומר שיאמר et pro להיותה l. והיותה; l. 21 post בואיציאו adde הלועז; lin. 23 post אשה adde אחת; lin. 26 scribitur בואיסיו; lin. 28 pro שקולות l. הקולות; lin. 35 post חכמות l. רמות; lin. 37 ואם לא הכל ייגע לעשות l. ואם לא כן הכל ייגע לעשות; lin. 39 vox שור cur uncinis includatur nescio.

[3]) De hac pronunciatione v. *Catal.* p. 1158 sub Isak Tsch., ubi adde nostrum. Ex eo sine dubio depravatum est nomen בילבי *Bilbi* apud *Dukes*, Litbl. II, 569, et zur Kenntn. p. 141; כלבי legitur in Poëticâ MS. *Josuae Benveniste* f. 17a (ubi etiam Menachemi hymnus laudatur). Diversus videtur *Elia Kohen* pestilentiâ abreptus A. 1523 (v. *Catal.* p. 2507, ubi ad Cod. W. 28 ablegavi, quia primitus sub eo de Nostri aetate disserere in animo habui).

ubi *Maimonidis* Praef. in Comm. in Hippocr. Aphor. (cf. Cod. W. 30, [7]) compendiose reddit. Exemplum Comm. adducit *Isak b. Todros* [v. de eo *Catal.* p. 2522], qui vero male expositionem verbalem (באור המלות) omiserit: והוא ידוע לחכמים שידיעת הפשוט היא הכרחית לידיעת המורכב מפני היות הפשוט קדום למורכב קדימת שכל וקדימת זמן ג״כ. Obs. V., de difficultate expressionis, et quidem 1) grammat., ut quoad נח et נע, metrum cet., citato Ibn Esra in צחות et ipsius auctoris אגרת שיר השירים; quam ob causam licentiâ poeticâ usos fuisse auctores in primis poëmatum majorum, exceptis *Ibn Esra* et *Jehuda Levi; Sal.*** *Ibn Gabirol* vero et *Elia** *Tshelebi* deditâ operâ aliter sua composuisse putat carmina (v. locum in *Append.*); pauca, quae ipse in prosodiam commiserit, vitia, in Comm. se ipsum ostensurum; VI. obs., carmine nonnisi breviter res illustrandas esse; VII. De dissensione in computandis praeceptis 613 apud *Ibn Esra* (יסוד מורא) *Maimonidem, Nachmanidem,* cet.; VIII. (f. 6 v.): se ipsum sequi Maimonidem שבהיות דעות חכמים הפוסקים ע״ה חלוקות ב׳ סבות האחת היא המנהג במקומות האלה להתנהג בדיני תורה ע״פ פסק הרמב״ם ז״ל והשנית רבוי ספריו וקלות מציאותם מה שאין כן בספרי זולתו, »prout in naturâ ubique id quod magis necessarium est, frequentius est et pretio inferius." Se ipsum ergo argumenti non »auctorem" sed tantum interpretem esse, at ubique fontem Talmudicum, et, *quod nemo hucusque fecerit*, locos libri משנה תורה indicasse, librumque suum (המחברת הזאת, quod ipsum carmen includere videtur) תנחומות אל nuncupavisse, ubi nomen suum מנחם lateat cet. IX. (f. 7 v.) de adhibendis dictionibus Biblicis; poëtae usum quoque ἅπαξ λεγομένων permittit, etiam vocum Mishnicarum; quae vero ex neutro fonte illo hausta sunt, vituperanda esse (זחות et גנות גדולה) existimat, quamquam et hujusmodi in carminibus majoribus vix evitanda sint (v. sub V). X. Lectorem ab oscitanter prolato judicio avertit majorum exemplo, qui nec ipsi errorum erant immunes, ut avus ipsius maternus *Sacharia Kohen* in Nachmanidis Comm. in Pentat. animadvertit, in libello speciali

(תפשו להר״מבן בפרושו לתורה כמו שנראה זה בקונטרים שחבר על זה, f. 8) [1]. Carmen ipsum (editum in rituale Romaniae, cf. *Dukes*, zur Kenntn. p. 141) incipit:

מ׳שוך נ׳א ח׳סדיך מ׳רומם ב׳עברך נ׳חה מ׳מרומיך ש׳פתי ה׳כינה
ארני אשר תפתח שפתי בן אבטח וכפי לך אשטח ברנה ובתחנה
אשר שם בפי עוללים וכו׳

desinit (f. 71): תשואות וחן חן לה וכי עת לחננה. — Comm. incip.: אמר המפרש המחבר מפני שהיה הבורא ית׳ ויתע׳ שמו הוא הפועל הראשון ... ראוי לכל מתחיל בכל שמבקש ראשונה העזר מאתו ... וכן עשה זה המשורר (et sic semper tertiâ personâ). Opus alterum (Cod. W. 29) in hoc nullibi citatum offendi, ubi id evolvi; citatur *Aristotelis* Metaph.

---

[1]) Idem קנטרים, ubi auctor animadversionem Nachmanidis in Ibn Esram in pericope ויגש fusius refutavit, citatur in Nostri Comm. in Ruth in fine. Idem est sine dubio S. K. »philosophus", cujus refutationes Animadvv.^{num} Nachmanidis in Maimonidem (cf. *Catal.* p. 1955 op. 27) in Cod. *Vatic.* 249,[1] cum carmine *Abrahami Kohen* (quem male auctorem habuit *Bartol.*, et W^1 n. 136 sub Abr. Kohen Pisanum affert). In Cod. MS. apud *Schorr*, inter carmina varia auctore Sach. Kohen, occurrit, ut ille ipse mihi roganti scripsit, hymnus in 13 articulos fidei, (sine dubio idem, qui in Cod. *de Rossi* 997 auctore »Zacharia"; in indice auctorum p. 219 adde: »hymnus in"). Manu aliâ scriptum est carmen incipiens: תורת אמת אמון, quod edidit Schorr (החלוץ II, 1853 p. 162), et quod bis repetivit *Geiger* (Jüd. Dicht. p. 49, p. 28 hebr.; libellus hic nempe omnino repetitus est, haec videl. particula ex »Blüthen" cet. in Volks-Kalender 1853 p. 38, ubi p. 44 Sach.^{m} Kohen ceterum omnino ignotum dicit, et auctori Saec.^{i} XIII anonymo tribuit). Ipsum idem carmen vero est introductorium in opus laudatum in Cod. Vat. 249! Ipse Schorr (ut mihi scribit) ob diversitatem characteris tantum cohibitus erat, quominus carmen illud tribueret quoque Sachariae; dictio גביר משה בנו מימון occurrit item in lin. 2 hymni laudati (incipientis: בעקרים יקרים לבקרים ישרים). Nomen Nostri exhibet quoque inter auctores hymnorum *Zunz*, Synag. Poesie p. 324; diversus est homonymus apud Conforte f. 33 a, aequalis nimirum Eliae Misrachi, qui יצ״ו scribit.

(f. 9 v.), de Animâ (f. 10 v.), locum de Asharot Saadiae, ceterum ignotum, Josuae Ibn Schoeib v. in *Catal.* p. 2208.

WARN. 35.

[Cod. chart. 4° ff. 96; charact. Hisp. medio minime elegante, atramento pallido, sed distincte forsan non ante Saec. XVI exaratus, a vermibus valde corrosus; super finem lineamenta crassa ducta sunt].

הפלת הפילוסופים, *Destructio* (seu *Prostratio*) *Philosophorum*, auctore *GAZZALIO*, ex Arab. hebr. versum a SERACHJA LEVI B. ISAK SALADIN [1]) jubente *Don Benveniste* (בנבנשת) *b. Labi b. Salomo b. Labi* ויל, init. Saec^i XIV^i, ut jam ostendit *Zunz* (Additt. p. 322) contra *De Rossi* in Wb. p. 294 (de errore interpretis Germ. v. *Geiger*, Zeitschr. IV, 432), et ad Cod. 496, quem Saec° XIV° exaratum venditat, more suo Codices suos antiquos praedicandi (*Zunz*, zur Gesch. p. 224 et cf. ad Cod.

---

1) שלדין in Cod. nostro, correctius שלדין in Cod. W. 6 et *Paris.* a. f. 508 (Colb. 4639 ap. *W*³ p. 1), ex quo locus e praef. ap. *Dukes*, Litbl. IX, 344 (cf. citata in *Catal.* p. 1691 sub *Meir Algnadez*), et jam ap. *Carmoly*, Litbl. I, 415, ubi *Fürst* inter alios graves errores (v. praef. ad Catal. Mich. p. XIV, et *Catal.* p. 1505 sub *Josef Lorki*, et p. 1559 sub *Josua Lorki*) nomen transscribit *Salaheddin* (ac si Arabicum esset צלאח אלדין, ut e. g. Sultanus celeber in יוחסין, צלדין ap. Ibn Verga, שאלאדינו apud Italum Josef Kohen). Cognomen *Saladin* in Cataloniâ et Arragoniâ increbuisse saec. XIV° exeunte ostendit *Zunz*, Add. p. 322. Saladinus vero, Commentator Ibn Mesuae (ap. *W*³ p. 351), est notissimus medicus *Asculanus* (*Sprengel*, Gesch. der Med. ed. I p. II p. 405. 545, cf. Zacutum ap. *W*³ p. 351), cujus ס׳ הרוקחים (sic) in Cod. Vindob. CLVI non est »ignotum", sed »Compendium aromatorium" Latine editum ad calcem opp. Mesuae! In Cod. Vindob. CLVII scribitur »מנאפולי", vertitur »aus Neapel"!

W. 39). W[1] p. 362 n. 583 eundem Serachja[m] Levi, quem A. 1386 mortuum finxit, disputationi (A. 1413) adfuisse putat, quod repetit *De Rossi* (Wrtb. p. 186)! Sed confusi sunt viri homonymi. Senior notissimus non 1386, sed 1186 mortuus est; in שבט יהודה enim, loco a W. citato sub initio, תת (800) supplendum est, quod aliis quoque locis seduxit Wolfium [1]). *Deutsch* (Catal. p. 127) Carmen Sal. di Piera ad Serachjam »in Montpellier", ad S. b. I. »*ben Schealtiel* cogn. Saladin" missum dicit, confuso ergo rursus (contra monitum *Zunzii* l. c., et jam ap. *Geiger* Zeitschr. IV, 190) Interprete quoque ex Arabico *Serachja b. Isak b. Shealtiel Chen* Barcinonensi Romae Saec. XIII exeunte [2]). An vero illud במונטפליר omnino Nostrum spectet, ii dijudicent, quibus ad Cod. MS. aditus est. Noster sine dubio legatus fuit *Caesaraugustanus* unâ cum Don *Vidal b. Benveniste*, (cf. *Schlesinger* ad Albo p. VI).

Praef. interpretis incip.: אמר המעתיק הספר הזה מלשון הגרי אל לשון עברי הודות והלל לאל המכלכל מוסרות תבל. Praef. auctoris: בשם האל המרחם הרחמן וחסד השם משלם ועד עולם על יראיו ועל נביאיו ושלוחיו . נשאל מן האל הנותן לכל תכלית שלמות . . . אולם אחר [3]) הנה אנכי ראיתי כת אחת אשר ישערו. Auctor invehitur primum vehementissime in Philosophos, quos (scil. Muhammedicos) a Christianis derivare videtur, et »insanos" (משוגעים) ac »daemones" (שדים) nuncupat; refutationi praemittit 4 observationes (הקדמות), in quarum primâ notissimum occurrit illud »amicus Plato" [4]) ut Philosopho-

---

[1]) E. g. p. 194 sub Ahron b. Meschullam, cf. *Catal.* p. 1690.

[2]) De eo nuperrime hebraice disserui in collectione dissertt. אוצר נחמד (Vindob. 1857) II, 229 sq., ubi de Nostro nonnulla observavi p. 230; cf. *Catal.* p. 2585, 2590.

[3]) Corrigitur in marg. Cod. 6: אחי, sed forsan respondet formulae Arabicae فاما بعد, ita ut suppleatur אחר הודות לאל cet.; cf. supra p. 62, et vide infra.

[4]) Forsitan Noster erat fons Judaeorum seriorum, qui etiam ad hanc

rum dissensionem significet! In fine observationis quartae, (et ita f. 200) in quaestionibus de logicâ ad librum suum משקולת החכמה (القسطس Cod. Escur. 628, [3]) ablegat, quem non alium quam lib. מבחן החכמה, seu מאזני העיונים (*Averroi* a nonnullis jam Saec⁰ XIII tributum!), et cujus continuationem מאזני המעשה esse, ostendi (*Catal.* p. 1000) [1]). Sequuntur 20 quaestiones, scil. 16 metaph. et 4 phys., scil. eaedem, quae, in refutatione *Averrois* (v. supra p. 50) excerptae, tantum hucusque, innotuerunt, (unde corrigenda nonnulla ap. *Wüstenfeld*, Akademien p. 16, et *De Rossi* ad Cod. 496; cf. recensionem specialem apud *Munk* in Dict. des sciences phil., etiam contra SCHMÖLDERS, Essai cet.) Opus *Arabicum* exstat in Cod. *Vatic.* Arab. 291, et forsan *Escur.* 628 A. 1321 exarato, ubi *Casirius* (p. 184), vel scriba, titulum librorum duorum تهافت الفلاسفة من (!) مشكات الانوار confudisse et *Mosen Narboni* simul interpretem hebr. et commentatorem Arab. finxisse videtur (cf. *W*[3] p. 2; *Munk*, ap. *Beer*, Philosophie cet. p. 115, *Catal.* p. 1001). Initium op. 1 فاني رايت طايفة congruit cum nostro הנה אנכי ראיתי כת אחת, non vero finis مقصود هذا الكتاب cum hebr. חתימת הספר . ואם אמר אומר . . . . ותכחיש אותם באלו השאלות השלוש, ואולם אנחנו לא נוסיף בו ויכוח עתה; op. 2 vero, ubi Casirius ad Cod. Par. 884 ablegat, reverâ videtur opus مشكات الانوار, cujus versio hebr., in Codd. Uri 325, 392 [2]), post laudem Dei incipit שאלתני הידיד (فقد سالتني ايها الاخ),

---

rem alludunt, ut e. g. Sal. Ibn Aderet, Resp. 9 (cf. Schemtob, אמונות f. 27), vel eadem phrasi utuntur, ut *Josef Trani* ap. Asulai I, p. 62 sub טוביה הלוי; cf. *Masudi*, ap. Abr. Ibn Chisdai (Cod. 56, [8], cf. sub Cod. 41, [22]).

[1]) E quo supplere potes pauca allata a *Dukes*, אוצר נחמד II, 194, partim jam abhinc 10 annos a me prolata; cf. infra dicenda.

[2]) Titulum depravatum משכית האורות בפרדס הנוצרים e Gagnierii notitiâ ap. *W*[4] p. 746 repetit *Goldenthal*, מאזני צדק p. XIII n. 1. Idem est האורות האלהיות ap. *Aug. Ricium* (v. *Catal.* p. 2145), et e נובלות חכמה f. 29 v. ap. *Zunz*, Add. p. 325. De libris *polemicis* Gazzalii quoque

et finis: קשה מלהשיגו של בריו ושלום לך; ap. Casir. غير يسير. Utinam Escurialensis Codex ille denuo investigaretur!

Codd. hebr. sunt rarissimi; praeter nostrum utrumque et *Paris.* et *De Rossii*, vix ullus innotuit.

WARN. 36.

[Cod. membr. 4° ff. 150; op. 1 charact. Hisp. seu Maurit. medio et complicato, sed experto lectori non difficili; in parte posteriore, minore et pallidiore, Sacc[i] XV[i], ut vid.; op. 2 subjunctum est, ut vid., Saec[o] XVI-II charact. minore a Germano (in Italiâ), qui varia, partim Talmudica, notavit f. 150 v., quae lineamentis rudibus, seu potius maculis operta sunt.]

1) הפלת ההפלה, Refutatio *Gazzalii* per *AVERROEM*, interprete KALONYMOS cet., ut Cod. W. 18, sed si spectas lectiones difficiliores (ac genuinas), magis ad Cod. *Mich.* accedens; adjectis notis margg. manu Hisp. et manu scribae operis seq[is].

2) ס' הבדל וכו', auctore *AVERROE*, ut Cod. W. 15, [2].

WARN. 37.

[Cod. chart. 8° maj. ff. 78; charact. Hisp. maj. complicato, sed non indistincto].

ספר חשבון מהלכות הכוכבים, L. *Computationis cursus stellarum*, auctore ABRAHAM BAR CHIJJA Hispano (de quo vide *W.*

---

fictis e confusione versionum hebr. v. *Catal.* p. 1967-1969. Genuinum opus الرد الجميل على من غير التوراة والانجيل ap. Hagi Chalfa 1085 (I, p. 386), 5899 (III, p. 352), a Biographis Gazzalii neglectum, forsan idem est atque in Cod. *Paris.* p. 368 ap. *Wüstenfeld*, l. c. p. 19 n. 65?

n. 75, ubi [3] p. 33 de Cod. nostro; *De Rossi*, Wrtb. p. 81; quem more suo excerpit *Ghirondi* p. 28; *Zunz*, Add. [1839] p. 323, et in *Geigeri* Zeitschr. IV, 387) [1]). Jam citatur Noster a Serachja Levi, et (ut puto operis מגלת המגלה sectio III) A. 1170 a *Jakob b. Reuben*, et hinc ab ejus Epitomatore Schemtob (v. Cod. W. 28); cf. *Narboni* ad מורה II, 29. — Astronomiam in specie (חכמת התזיין, v. *Jüd. Lit.* p. 455) tractavit Noster in operibus laudandis, chronologiam praesertim, nempe »scientiam intercalationis" Ju-

---

1) Hinc finis notae 10 ap. D. *Cassel* ad *Conforte* f. 9 a, ad notam 8 pertinet. — E *Zunzio* (ut saepissime) hauserunt semiplagiatores, de Nostro tractantes, et horum porro plagiatores secundarii, ut *Goldenthal* in libello (periodico) incepto c. t. ציון 1845, qui »auctores et catalogos" fontes citat bis (p. 7 et 9), Zunzium vero semel, ubi in ejus verba, quorum sensum non assecutus est (vid. infra), animadvertit. Suam dicere potest conjecturam de patre Chijja *Daudi*, qui reverâ obiit A. 1154! Nominis *Levi* originem e confusione cum Abr. Ibn Chisdai ignorat, (v. *Reifmann*, in vitâ Serachjae [1853] p. 59, qui rursus nullum auctorem citat, ut passim in illo opusculo). Porro more suo aliunde nota Germanice recoxit *Fürst*, Litbl. 1850 p. 425, addito tantum excerpto ex *Geiger*, Mos. b. Maimon [1850] p. 69, 70 (ubi conjectura minime nova; v. *Catal.* p. 1912). Ea rursus hebr. vertit Editor lib. ס' העבר Lond. 1851, adjecto plagiato alio (v. citata in *Catal.* meo p. 673). Neque nova affert *Kirchheim*, in notâ ad Kimchii Comm. in Pentat. [1842] f. 4 a, praeter citatum מפעלות אלהים [II, 2]. — Quod Codd. attinet MSS., ubi Nostri opera latent, aliaque nonnulla, — a semiplagiatoribus plura omissa quam addita sunt. Addendus est ubique Cod. *Paris.* a. f. 449, sec. *Terquem*, Litbl. VI, 475, atque Cod. *Orat.* 160 (ut e notâ B. Goldberg animadverti), ubi idem opus atque in Cod. *Vat.* 400, [4], et *De Rossii* 1170, quod non stricte *ex Arab. versum* dici potest (monente ipso De Rossi; cf. *Jew. Lit.* p. 337 § 18 n. 48), neque propositiones de triangulis, et »de musicâ" in Cod. *Vat.* 400, [5] Nostri esse constat. In praef. ס' העבור p. XVIII Noster perperam interpres fuisse fertur quaesiti Hai Gaon »Arabici" (!), quod p. 97 diserte בלשון אשורית (i. e. Aramaice, cf. supra p. 66 in notâ) scriptum esse dicitur.

daicae, in libro העבור [1]), ubi (p. 112) annum 1124 »proximum" dicit; radicem computationis et tabularum adjectarum cyclum 258 (A. 1124 sq.) assumit; in libro nostro vero (Porta VIII), et in tabulis, quae ad eum (ut ostendemus) pertinent; cyclum 257 (A. 1105 sq.). Attamen in auctoris libro צורת הארץ (edito item), qui operis nostri veluti partem anteriorem exhibet, diserte A. 1131-2 [2]) »hic" commemoratur, isque liber in Cod. *De Rossii* 1165 finitus esse dicitur *Barcinone* [3]) 4 Sivan [i. e. 6 Maji] 1136, noster vero in epigr. (f. 72 ante Supplem. laudanda) finitus esse dicitur 22 Omer »i. e. 10 Aprilis" A. 1136 [4]); ex formulâ vero זקי״ל (in Cod. nostro וצקי״ל), nomini adjectâ, argu-

---

[1]) Hunc librum, ut ejus generis primum, venditat Editor (in titulo), scilicet propter locum praef^is^ in contrarium detortum; v. recensionem criticam (erroribus vero typogr. depravatam) *D. Casselii* in Monatschrift ed. per Z. Frankel 1852 p. 66. De Mar *Hassan* v. *Jewisch Lit.* p. 355 n. 30.

[2]) 1442 Seleucid., unde 1332 sec. *Zunz* l. c., minus exacte 1134 apud nos (*Jüd. Lit.* p. 435 n. 3 a et p. 437), 1133 ap. *Cassel* l. c. p. 64 (scil. secundum computationis discrepantiam, v. *Rapoport*, ערך מלין p. 77), qui citationem lib. צורת הארץ in ס׳ העבור p. 15 jure suspectam judicat. Quoad *Mosen Darschan*, sibi ipse contradicit *Cassel* l. c. 1855 p. 71, neglectâ ubique conjecturâ *Zunzii* de Cod. Monach. 46,7; v. *Catal.* p. 2113, 2270.

[3]) »Barchinonensis" vocatur etiam in Fortal. fidei (*W*[3] p. 31-2), et ap. Zunz l. c., qui vero, ut ostendat Nostrum in *Galliâ* degisse (cf. Cod. De Ros. 1170), auctorem affert Asarjam De Rossi; quod Goldenthal l. c. p. 8 pervertit!

[4]) Congruit subscriptio nostra verbotenus cum Codd. ap. *Luzzatto* (Kerem Chemed VII, 78), *Taur.* 66 (apud *Zunz* l. c.), et cum alio (ס׳ העבור p. vii), cujus apographum nunc est in Bibl. *Bodl.* (Cod^is^ *Paris.* 464 solum titulum dedit *Dukes*, Litbl. 1849, p. 430). Cod. noster tantum cognomen صاحب الشرطة (v. *Delitzsch*, Catal. p. 327) corrumpit צח אלבישרטה. Cod. *Oppenh.* 1665 Q. sub tit. חשבן (sic) מספר excerptum de 48 constellationibus exhibet, nescio utrum ex libro nostro, an e lib. צורת הארץ.

mentum ducit *Luzzatto*, auctorem jam tunc defunctum fuisse, quamquam subscriptionem illam etiam in Cod. suo omnino ex Cod. anteriore repetitam esse opinatur. Mihi quidem formula illa facile a scribâ aliquo recentiore addita, ac deinde a sequentibus repetita videretur; verumtamen si A. 1136 compositionem spectet, lib. noster paullo ante צורת הארץ finitus esset, quod de compositione ipsius auctoris non credam, sed fortasse de redactione anonymi cujusdam (v. infra). Ex Cod. *Monach.* 46,[7] (vide conjecturam laudatam ap. Zunz l. c.), ex viri nempe nomine, cui dedicatus est liber, certius forsitan de tempore judicari poterit.

Incipit praef.: אמר אברהם בר חייא ז״ל הספרדי אני מתחיל בשם האדון; liber dividitur in XX Portas, quarum index locuples iis praemittitur; P. I: במספר מעלות הגלגל ושברי כל מעלה וכו׳; P. XX: בחשבון מקום הזיקות היוצאות מזוהר הכוכבים; opus ipsum incip.: בבר ידעת כי הרקיע כלו נחלק לשנים עשר מזלות שהם טש״ת סא״ב מע״ק גד״ה; desinit (f. 72): ואתה מצא החשבון הזה על דרכים רבים שאין לסמוך על אחד מהן . ותתמתי את דברי בכאן ומשבח ליוצרי אשר עזרני יהי משובח לעד סלה . נשלם הספר הזה וכו׳. Sequuntur *Supplementa* fortasse a Redactore quodam libri ex »scriptis" auctoris collecta: כשחזרנו לישב את הספר הזה מצאנו בתוך כתבי המחבר זק״ל חסרון משער י״ב וזה הוא : אם אתה רוצה חבור שני המאורות ונגודם; finis f. 75: ואם יהיה רצונך לדעת שאר שמשי רקיע . . . אשר בהם היה החבור או הנגוד במהלך המתחלף על הסדר המפורש מחשבון תקנום בספר הזה בעזרת האל . תם ישמח הכותב ויגל הקורא אמן. Eadem exstant in Cod. cl. *Luzz.* (qui in epistolâ privatâ ea ad scribam, non ad redactorem referenda putat). Hujusmodi Codicem ante oculos habuit auctor fragmenti in Cod. Warn. 43, ubi f. 33 v.: אמרנו לו שהנשיא המיסד הלוחות ושם שרשם והתחלתם בה׳ מאזנים . . . שא״עפ שהוא כתב בשער ט׳ . . ., et f. 34 v.: אולם בחשבון המולדות והנגודים היוצאים מתוך הלוחות המסודרות לזה כמבואר בלשון הנפרד הכתוב בסוף הספר שהוא חסרון משער י״ב; dein: ודע כי הנשיא מיסד הלוחות תקן מקום השמש בלוח המולדות והנגודים באופן ששם שעת המולד והנגוד בעת השרש כפי היום השוה; denique f. 35: ומה שיראה הפך זה בלשון הנשיא

בחסרון סוף שער י״ב באמרו ואח״כ דע מקום החמה והוי יודע ממקומה שרך החלוף בין ימים ולילותיהם והוצא השרך ההוא מהשעות האלו וכו׳ (sic) נראה שהוא טעות וסותר המושכל ולא נמצא כן בספרים המדויקים הכתו׳ (sic) מובן כל הלשון בבאור אחר גם בסוף הלוחות כתוב בבאור ההוא ולא זכר מזה כלום; quae hîc citantur, et falsa atque cum Codd. accuratis non convenientia judicantur, ita tamen leguntur in Cod. nostro f. 74, ubi sequuntur (f. 75 v. - 78) *tabulae* inscriptae: לוח השואת הבתים למזל טלה במרחב מ״א ל׳, et sic pro seq. 5 signis שור, תאומים, סרטן, אריה, בתולה, et לוח למצעדי המזלות במרחב מ״א ל׳ והשעות ט״ו, א, ב, et sine dubio huc spectant tabulae f. 1 v. - 3, scil. לוח תוספת חצי היום וקצורו במרחב מ״א ל׳ בכל מעלה ומעלה מגלגל המזלות, et לוח השואת הבתים pro reliquis 6 signis מאזנים — דגים. Latitudo 41′ 30⁰ respondet urbi *Girona* (v. ס׳ העבור p. 120); — in Cod. Luzz. sequuntur tabulae eclipsium A.[i] 895-901. — Desiderantur vero tabulae, magnam operis partem spectantes (cf. *Mos. Rieti*, מקדש מעט f. 101 v.), quae sub titulo לוחות הנשיא citari solent. Eae vero, quas in Codd. pluribus vidi non integras (v. quae in Add. ad *Uri* 443 dicentur; ap. *W*[2] p. 1319 n. 285 idem Cod. *bis* enumeratur), et quae radicem habent cyclum 257, et circa finem מצעדים secundum latitudinem *Montpellier* exhibent, opus nostrum quidem spectant; nam in expositione tabulae מצעדי המזלות diserte הנשיא operisque (non nominati quidem, sed certe nostri) Porta V laudatur [1]); sed expositio illa, quia etiam Additamentum *Ibn Esrae* (הוסיף אבן עזרא ז״ל ad tabul. מהלך המאורות המתחלף) exhibet, a recentiore quodam redacta est. Hujusmodi videtur etiam Codex *Orat.* 189, ubi secundum excerptum, quod (a quo nescio) ante multos Annos accepi, initio expositionis occurrit fer. I. 14. Cheschwan A. 4904, i. e. A. 1143, ubi Nostri fortasse tabulas retractaverit Ibn Esra, qui ejus »discipulus"

---

[1]) Etiam locus de *Albatani* et *Ptolemaeo* conspirat cum צורת הארץ f. 39 r. et v. ed. 1740.

fertur, significatione vocis, ut puto, impropriâ, apud Judaeos frequentissimâ.

WARN. 38.

[Cod. chart. 8⁰. ff. 172; charact. simili Italo-Germ. Saec. XV[i], minore venusto et distinctissimo (v. Specimen). Possessores (f. 1 v.) *Elia b. Michael Bashja* (בשייא) et *J. van Hill* (Lit. C)].

עץ חיים, *Arbor vitae*, opus theologico-philos. ad normam libri »Moreh" Maimonidis, auctore Karaeo AHRON B. ELIA (compos. A. 1346) [1]), quod ex Cod. Lips., collato Monach., ediderunt *Delitzsch* et *M. Steinschneider* Lips. 1841 [2]), unâ cum excerptis *Arabicis* (cf. citata in *Catal.* p. 720 et *Renan*, Averroes, p. 153, cf. *Jost*, Isr. Annalen III, 286, 296, 312, ubi editor alter omnino oblivioni traditus; conf. ejus Culturgesch. (X) 112 n. 11). Incip. (f. 1 v.) a versiculo הדריכני באמתך וגו׳, et a versibus, quorum ultimus ansam dedit fingendi tituli נוצר אמונים (Catal. Leyd., *W*[3] p. 72 cet., v. Delitzsch l. c. p. 7); dein, sine versiculo שמח לבי, a verbis אמר אהרן orditur ipsum opus, quod vero non in 114 capp. divisum est (ut ait *W* l. c. !), sed capp. 78-9 libri editi in unum contracta sunt עח, ac similiter 87-8 in unum פו, unde צה (f. 183 v.) respondet excuso 97; sequitur vero statim צח, quod vero ex צר emendatum est, et sic sequentia emendata sunt, unde ultimum, quod nunc קיא (111) signatum est, et mnemonicum in fine (cf. ed. p. 209): ומנין פרקיו קי״ה ונשלם בשנת הק״ו לפרט סימן וק״ו (sic) ינטה על ירושלים.

Lectiones Codd. nostri generatim sunt meliores, cum emen-

---

[1]) *Geiger* (חלוץ II, 158) A. 1354 scribit, confuso nempe op. nostro cum גן עדן; v. Codd. W. 14, 21.

[2]) Editionem, ab ipsis Karaeis eodem fere tempore evulgatam, nunquam meis oculis vidi.

dationibus, quas editores in notis ex conjecturâ proposuerunt, potissimum conspirantes, ut ex specimine videbis:

Praef. (f. 3 r. lin. 1) מתפארת אמתתו, et (f. 4 r. med.) אמת׳ שמשאל, lectio ergo suspecta (cf. p. 373), sed f. 142 v. infra אמונת נבואתו, ut in libro edito. — *ib.* (f. 4 a) ובטלום pro ובטלו (p. 4 lin. 18), et שגם הם האמינו, pro שהם; deinde pergit: בתורה שקרית שמסר להם חמט הנמול והמסימו באמונות שתתאמת התורה בהם והעתיקום (cf. notam p. 373). — *Cap.* 4 (f. 11 a) שמין החבור (ut conjeci p. 373), — *Cap.* 6 lin. 7 הנה המיושב; *ib.* (f. 18 v.) של ארך, ut in libro ed. p. 21 lin. 7 a fine (ita legendum p. 374). — *Cap.* 9 initio (f. 22) ונאמן, ut in ed. (cf. p. 372). — *Cap.* 11 (f. 26 v.) אלא לעמוד, ut ed. est (p. 37, 7), Hendiadys ergo seu Ellipsis. — *Cap.* 13 (f. 13 v.) הנפלאות שנעשו במצרים שהם כחדוש והנה, ubi ergo שהם ad הנפלאות referendum et supersedendum est conjecturâ p. 375. — *Cap.* 14 f. 13 a אנים שנמצא קרוב לזמן שמצא תכונה, ut ex MS. ap. *Schorr* (כרם חמד VIII, 56), sed f. 13 b שורקרק בעל התכונה, ut in libr. ed., conjecturam meam vero, quam Schorr inanem putat, confirmat Cod. W. 21 (v. supra p. 82). — *Cap.* 18 (f. 39 r.) יהודא בן קורא . . בספרו הנודע . . קרוב לכ״ט שנה כי . . . ותשע מאות ומ׳ לפרט . . . ותשע מאות ול״ח (cf. *Catal.* sub Jehuda Ibn Koreisch p. 1334, et sub Mos. Maimon. p. 1894); *ib.* lin. penult. המכוון (cf. p. 376). — *Cap.* 19 (f. 40): ויש לכל כלי פועל מיוחד לכחות חלק המתשורר (cf. p. 283 ad 48, 3). — *Cap.* 40 initio בעל חיים, ut in lib. ed., ellipsis ergo. — *Cap.* 67 (f. 66 a) לו לירישה (p. 81 lin. ult.). — *Cap.* 99 (f. 142) והכריתת הנפש, rectius in lib. ed. (p. 173 lin. penult.) והכרית מנפש. — *Cap.* 113 in fine punctum *post* ורחמן (p. 371, nota 3).

WARN. 39.

[Cod. chart. 8° maj. ff. 129; charact. Hisp. maximo distincto; f. 128 v. - 129 v. initium Fen (فن) III concisius, forsan non ex opere eodem suppletum manu minore, quâ etiam notae marginales, passim longiores adscriptae sunt, e. g. f. 90, 91 cet.].

Commentarius in Kanon AVICENNAE lib. 1. Fen II initio imperfectus, auctore *Anonymo* (desideratur omnino ap. *W*[2] p. 1430). Exstat idem Comm. initio truncatus sed plenior in Cod. *Bodl.* 595, nuper emto, ubi possessor quidam vel bibliopola auctorem inscripsit *Mos. Maimonidem* (מהר״ם)! Sed ipse Maim. citatur (הר״ם כתב פרק י״ב) in op. nostro, ut etiam opus צרי הגוף (laudatum in Cod. Bodl. f. 29 b), in quo ipso jam citatur Maimonides (v. ad Cod. *Canon.* 92 et *Mich.* 51); praeterea locus ex Hippocratis Aphorismis allatus II, 34 (f. 8, i. e. f. 103 in Cod. Bodl.) congruit cum versione insertâ Comm.° Maimonidis (v. Cod. W. 30, 7). Propter ea, aliosque locos ex Arabum operibus allatos, ut puto, ex versione hebr.[a], auctorem esse judico Saec° XIV° neutiquam superiorem, forsan Saec. XV° florentem [1]). Comm[us] noster non congruit cum Comm.° in eundem librum I[um] (recentiorem quidem) in Cod. *Mich.* 92 (= 657); nescio an cum Cod. *De Rossi* 565, [2] »Saec. XIV" (?), ubi Catalogus ne verbo quidem opus ipsum describit; ejusdem vero Cod. 1036, quem De Rossi nec lucide nec correcte delineat, minime »Saec. XIV vel init. XV" exaratus est! »Ibn Jahase" enim, quem De Rossi apud Wolf. desiderat (sed v. *W*[1] p. 1128 ex ipso Cod. Urb. 49, a De Rossi allato, quem *Assemanius* quoque Saec° XIV° adjudicat!), certe non alius est ac *Baruch Ibn Jaish b. Isak* (v. ad Cod. W. 33), cujus indoles vero (mihi nota quoque ex Comm. in סמים לב״ם; cf. ad Cod. Scal. 2, [12]) cum op. nostro non bene convenit; alios in lib. I Comm.[us] nondum vidi, ut ex iis auctorem cognoscerem.

In Cod. nostro orditur f. 3 a cap. 7; f. 66 (in Cod. Bodl. f. 170 v.) incipit: הלימוד השלישי מן האופן השני, והוא י״א פרקים. הפרק הא׳ במקרים ובראיות. כמו שראוי שיפעל פי׳ באלו הראיות יורע החולי ויעמוד

1) Cod.[em] famosum monasterii S. Dominici Bononiae, *Maimonidi* adscriptum, *spurium* pronunciavi in *Catal.* p. 1921. Hunc tamen ut eum dictis de Cod° nostro conferant, alios invito.

הכלל הראשון מן: f. 89 incipit ;כנגה בהפכו אלו הראיות הם שני תפעלות .. התלמוד השלישי; f. 124 v. capp. 8-13 quam brevissime tractantur; clausula Fen II f. 125 v.: ומהאצטומכא צרות בצואה . או להעתר הרבה ממנה . נשלם האופן השני ת״ל. Sequitur vero statim supplem., ut vid., incipiens: כלומר ואינה יוצאה כלה אך רובה ולא נעדר ממנה כמו שבארתי בשתן בלתי בעלת קולות כי יורה על רוחות עבים עשנים . הכלל מבואר יפה . ת״ל נשלם פי׳ האופן השני ... Auctoris magister, adhuc vivens (ופי׳ מורי נ״ר), ad cujus expositiones ille passim revocat, nullibi, quantum scio, suo nomine adducitur. Auctor operis continuationem sibi proposuit, nonnulla enim ad lib. III rejicit (יאחרו אל ס׳ השלישי, f. 187 Cod. Bodl.)

WARN. 40.

[Cod. chart. 8 lat. seu 4 min., e Codd. variis compositus, summatim ff. 244, charact. ubique Hisp. partim majore partim minore; Annus 1484 legitur f. 23 v. et 78, compositionem fortasse spectans? Nescio quis indicem scripserit, tractatibus nonnullis praefixum, cujus numeri folia spectare videntur].

1) Opus *medicum*, ut videtur, de medicamentis febrium et accidentium cum iis conjunctorum; inscriptionis, quae nomen auctoris indicasse videtur, initium (חבור שעשה ..) tantum servatum est; sequentia perierunt. Incip.: פרק א׳ . בקדחת יום יגעיית [leg. רגעיית] . יש מהרופאים שעשים תפוח להסיר היגון וזה תוארו רסיפי (recipe) ורדים ארומיים חרשים; cap. 2 (f. 1 v.) בקדחת יום תשריית, cap. 4 (f. 3 v.) בקדחות יום סבתה חום תלוף; f. 13 b citatur אבוקרט בפרקיו; cap. 13 (f. 14): במקרים יקרו לקדחות תתחיל לדור ברפואות הצמאון המופלג; f. 16 incipit alia manus, quae lectorem ablegat in cap. 19 ad cap. 15, et in cap. 35 ad cap. 10, quae congruunt cum ll. cc. Cap. 21 (f. 16): בכאב הראש; cap. 26 (f. 17): מי שאחזו בולימוס ובל׳ לטין בולישמוש; cap. 34 (f. 18 v.): בקדחות לבניית הנקראת קוטידיאנא; cap. 38 (f. 21): ברפואות הקדחות

20*

הרבריות; cap. 40 (f. 22 v.): ברפואות השחינים, ubi citatur *Avicenna* (המזונות אשר זכר ב״ס); cap. 41 (f. 23): ברפואת הרשמים הנשארים מן השחינים; finis (f. 23 v.): נגד מורפיאה תועיל קולוקנטידה מותכת ... ויועיל תועלת גדולה . תם ונשלם שלב״ע . יום שני כ״ד לחדש ניסן שנת תרמ״ד ליצירה.

2) Opus e *Latino* versum (exeunte A. 1483) de *febribus*, praecipue secundum *Avicennam*, qui passim tantum diserte citatur. Initium: יען כוונתינו בזה הספר הוא להסכים דבורינו וללכת בשטת אבועלי בן סינא אומר שהקדחת הוא חום נכרי תתלהב בלב ויצא ממנו במצוע הרוח והדם הנמצאים בשורקים והורידים בכל הגוף ויזיק היזק מוחש בפעולות הטבעיות הנה זה החום הוא לפעמים ברוחות .. ומכאן יתראה איך הרוח הוא נושא לקדחת איפימרא אשר כוונתי היא לחקור ממנה ראשונה. Finis (f. 78): הנה אלו הם הדברים הראוים לעשות בקדחת הזקנה בקוצר כפי צורך החולי ותכנותיה . והיתה השלמת העתקתו מלשון הלטין אל לשון הקדש בט ... (נצבתא?) ר׳ גדליה בהכנסת כלה ט״ו לחדש טבת של שנת הישר לפני דרכ״ך לפרט האלף הששי; ubi verba nonnulla erasa sunt; fortasse interpretis pater est Gedalja? Auctor Latinus facilius forsan ex sequentibus cognosci potest. — Cujusque febrium speciei adducuntur signa (אותות), prognostica (הקדמת הידיעה), et remedia; f. 24 v. incip. *divisio* (הבדל) II, cap. 1. משינוקא משינוקא פוטרידא, אינפלאמיווא הנק׳ אצלינו קדחת הדם, cap. 2 (f. 26 v.): רצוני שינוקא מעופש; *pars II* (f. 29) מן הקדחות הארומיות, 8 constat capp., cap. 1 מהקדחות הג׳ הפשוטה ובלתי פשוטה; *pars III* (f. 41) קדחות הלבניות, capp. 8 (sed 7 tantum numerantur); *pars IV* (f. 50 השלישי pro הרביעי), קדחות שחוריות capp. 6; *pars V* (f. 61) capp 6, שלישית הנפולה cet.; *divisio III* capp. 3, scil.: 1. אותות הקדחות, 2. רפואות, 3. באותות וברפואות דקת הזקנה. — ff. 78 v. et 79 vacua relicta sunt.

3) (f. 80) *De conservandâ valetudine* (שמירת הבריאות), opusculum pro Papa non nominato compositum, ut suspicor ex *Latino* versum ab *Anonymo*; capp. 96, scil. cap. 1 de aëre, cap. 96 de affectionibus animae (ההפעליות הנפשיות). Initium: למה שהיה שמירת בריאות מין האנושי מהדברים היותר משלים ויקרים הנמצאים בגוף

האנושי ראוי הוא עלינו לטרוח בשמירות בריאותנו . . . ולכן לך הפיפיור אב מעולה ארבר אשר בעבורך הסכמתי בלבי לחבר זה הספר הקטן להועילך בשמירות בריאותך; finis (f. 105): ואמנם מהמשגל הנה בזה הספר לא נעשה ממנו רושם ולא חקירה וזה מצד הסדר ששומר מעלתך . וג״כ מצד שבאלו החיים הרעים לא ימנע הענין אם שנהיה חריפים בו ואם שנשמע דברים רבים מהחריפים והוא שאם יהיה בלתי מסודר ובלתי נאות הנה הרגל הרב ממנו בפתע אחר מלוי האצטומכא יביא היזק גדול . והמסודר והנאות הנה מועיל מאד לשמירת הבריאת. Auctorem esse Bernardum de Gordon conjeceram, sed neque editus liber ejus prolixus de conservatione vitae humanae, nec MS. *Voss.* 32, necessitudinem cum op. nostro produnt. — Sequuntur f. 106-110 excerpta.

4) (f. 111) Compendium *de Urina*, ut videtur ex opusculo, cujus auctor fertur *Theophilus* [Protospatharius] (aliisque forsan) excerptum, *anonymo* Interprete [e Latino?], incipiens: אמר המחבר טאופילי מאשר יש עלינו לחלק מראות השתן יש לנו לדעת מהו השתן ואיך יולד וכמה מינים צבעיו וכמה מיני עצומו וחלקי העצם וטבעו ונחבר עוד עסוק דברים מועילים בידיעתם . אמר טאופילי השתן הוא תמצית הדם ויצחק הישראלי כתב שהשתן תמצית הדם ושאר הליחות. Sectiones singulae parvae non numerantur, sed varios titulos gerunt, ut: בשתן הגשים הבריאות cet.; finis (f. 114 v.): וכל אשר יראה בשתן כמו החול ורומיהם יורה באיזה מקום מן הגוף תהיה המחלה... אך סמוך לתחתית הכלי יורה כאב הצלעות ימיני על שמאל . תם .. Auctorem Theophilum, jam in Catal. Leyd. ed. 1716 laudatum, frustra quaesivi apud *Wolfium*. Libellus Graece, et e versionibus pluribus Latinis latine editus est, de quibus v. *Guidotii* alloquium ad lectorem in limine ed. Graecae cum ejus Versione Lat., Lugd. Bat. 1703, et de auctore Christiano incertae aetatis, ejusdem notam p. 140 [1]. Guidot. primae editionis Latinae (A. 1483) Interpretem suspicatur

---

[1]) Secundum *Freind*, Historia medic. (Lugd. Bat. 1734 p. 151) is primus est omnium, quotquot nunc supersunt, auctorum, qui ex professo de *Urinis* egerunt.

fuisse Ponticum *Virmium*, tunc viventem [1]). Hanc versionem nimis pressam »ad proelum revocavit, et dicteriis quibusdam (ut vocat) marginalibus illustravit" Greg. a Vulpe A. 1493; recusa est quoque A. 1523. Desideratur in eâ cap. 18 de sedimentis ervosis et epilogus. (De edd. recentioribus cf. quoque Catal. Bibl. Bodl. ed. 1843, III, 617 a). Harum edd. veterum nullam cum hebr. versione conferendi mihi occasio erat, praeter ed. 1703, ubi libellus constat capp. 23; ultimum de connexionibus chymatis cet.; praefatio pp. 65, 67 et mediam 69 implet; cujus loco in vers. nostrâ hebr. 3 lineae; »dixit *auctor* Theophilus cet." Ipsius libelli initium quadrat cum lib. Latino: »Urina est humor sanguinis saccatus" (*πριήθημα* תמצית), sed quae statim adjicitur definitio urinae ISAACI ISRAELI (celeberrimi auctoris Saec. X) utrum Interpretis hebraei sit an epitomatoris, cujus opus is verterit, inquirendum est.

5) (f. 114 v.) Fragm. ex libro *de Urinâ* (שר שער מדבר על מראות השתן), auctore JOSEF B. ISAK (incertae aetatis, forsan Saeci XIVi), incip.: אמר יוסף בן יצחק הרוצה להתעסק במלאכת הרפואה צריך ללמוד ותחלה עניני היסודות הד׳ עם ארבעת יסודי גוף האדם . . . הסכימו חכמי הודו . . ., usque ad initium inspectionis primae. De auctore incerto fusius disserui in *Erschii* Encykl. S. II. vol. 31 p. 32, ubi fragm. nostrum addendum.

---

1) Exstat vero libellus (ff. 10): »De urinis a voce Theophili" in Cod. *Canonic.* 116 plerumque A. 1463 exarato, incipiens [a praefat.]: »de urinarum differentia negocium"; v. Catal. a *H. O. Coxe* editum Oxon. 1852 p. 307, qui citat *Bandini*, Catal. III col. 53, ubi Codex Saec. XIII ff. 11 ita quoque incipiens, sed epilogo destitutus, incipiente: »*Christo* Deo." Guidotius Torinum »Arriani aut Socinatis daemone obsessum" pium hunc Epilogum, dedita opera imputavisse putat, eum etiam ubique [potius solo loco in praef.] Dei nomen interposuisse loco Christi (v. alloqu. in fine et p. 234). Jam oblitus est, Epilogum (qui scribae esse potest) desiderari quoque in edd. vetustis.

6) (f. 115) Opus *de Febribus* (קדחות), tempore suo grassantibus, compositum ab ABRAHAM KASLARI (קשלרי, alias רישקשלאר *des Caslar*), stylo duro, ut fere ex aliâ linguâ translatum videatur, praeterea a libellario passim mutilatum; incip.: אמר אברהם קשלרי העירני לחבור הזה מה שקרם בקיץ וסוף האביב כללו (sic) פרווגצה וקטלוניא וולינציאה ומחוז אריגון (sic) וקצת נאברי וקשטילה לא היתה קריה ועיר ששגבה (!) מקרחות וכ״ש הרמיים טובי הגוה (sic) והיו קרחות חדות המתים ממנה לא יעברו הי״א ורובם מתו בה׳ ובז׳ והיו הקדחות תמידיות ובלתי פוסקות רבות העלוף והמצוקה ונפילת הכח; et sic pergit in describendâ tempestate usque ad finem paginae, ubi: ומפני שהיו פתאומים וחדים לא ייחלו לאיש ולמלאכת רפא להמירם וכמעט שנעלמו מן הרופאים מיני הקדחות האלה ולשרבוב אותותיהם רבים ישפטום דבריים והגיגום בהנהגות קדחות דבריות והיו משתלחים (permiserunt ?) להאכילם הבשרים כתרנגולים . . . וראיתי שנהג ההנהגה ומת . . . ושאלו ממני אנשים חכמים ונבונים שאודיעם סברתי בהנהגות הקדחות האלה ושאכתוב בזה מאמר והשלמתי רצונם ויקובל תועלת כל חכם . . . Ad probandam sententiam suam praemittendam putat definitionem, causam, symptomata, et regimen febrium, pestilentiosarum in genere (מה ירצה באמרי דבר ודבר [ודברי?] . . פרק הפלגתי לחשב בקדחות האלה ואותותיה ואחשוב שאחזתי ענינים ולתועלת כללי כתבתי סברתי מאיזה מין הם ואיך תתנהגנה, יעיין במאמר הזה מי שירצה יטה דעתו לדעתי או יטה ממנה יש שיקרא דבר או דבריי כל מין מחלה . . .). Postquam febrium pestil. genera absolvit, agit (f. 120-123 v.) de febribus »hujus anni," quas strictim pestilentiosas (דבריות אמתיות) non opinatur, desinens in his verbis: שמן נרדין מא׳ ג׳ אונק ששה חצי ליטר׳ ויקפא ויערב במשיחה האבק הנזכר היטב. תם ונשלם

Auctor in urbe Bezalû in Galliae Provinciâ et Perpignani floruit Saec° XIV° (v. *Zunz* in Geigeri Zeitschr. IV, 201 [1]), quae more suo maximâ ex parte rescribit plagiator *Carmoly*, Hist. des medic. p. 102, cf. *Zunz*, zur Gesch. p. 464). Opus

---

[1]) Ex lib. מכלכל מחלה (*W*¹ n. 103) exstat locus citatus in Cod. medico ap. *Uri* 496 f. 375 b.

nostrum Annum compositionis non exhibet, quem non inepte 1349 suspicatur Carmoly l. c. (p. 257 in tabulâ chronol. hunc jam certo indicat), qui tit. ex Cod. *Paris.* 404 affert מאמר בקדחות [ה]דבריות; Cod. apud cl. *Luzzatto* [1]) inscribitur מאמר קצר לכל הקדחות הפשוטות, atque compositus dicitur mense Schebat פ״ט i. e. A. 1329 (unde hic Annus adducitur in *Jüd. Lit.* p. 446); sed Codex minime accuratus est, unde facile פ״ט ex ק״ט corruptum esse potuerit. Jam opus nostrum citatum puto in Compendio de febribus, quod versioni *Ibn Wafidii* (A. 1352) adjecit *Jehuda b. Salomo Natan* (cf. sub Cod. W. 45) in Cod. *meo* (= *Opp.* 1139 f. 106, *Bislich.* 55, = *Taur.* 154 f. 233!), nempe in port. II cap. 2: אמנם החכם ר׳ אברהם קשלארי הזהיר בכל הקדחות הפרסיות מלקיחת חלב שקדים ומכל דבר מתוק אבן לוקח תמרוהו חלב זרע קשואים והאבטיחים, ubi paullo post legitur: ור׳ אברהם הקשלרי הרכיב לזה משקה משובח נאות לפטנגים יעין במאמרו הנקרא עלה [in Cod. Opp.: לי] הרפואה (sine dubio idem ac עלה רענן in Cod. *De Rossi* 496, et *Vat.* 366,[6], compos. A. 1325). Opus de *regimine febrium humidarum simplicium* (כהנהגת הקדחות הלחות הפשוטות) 5 portis absolutum, praecipue ex Gordon et גילברט (i. e. Gerbert de Sol) compilatum mense Elul 1362, exhibetur in Cod. *Bet ha-midrash* Londin. 2302, ubi accedit tractatulus, compositus pro amico, intestinis (hoemorrhoidibus?) laboranti (de quo initio A[i] 1856[i] notulam accepi brevissimam); auctor in fronte se nominat אברהם בן השלם ר׳ דוד אבי החכם יחזקאל הקשלרי ז״ל. Eodem A. 1362, sed mense Schebat, exaratus (non compositus, ut *Carmoly* l. c.) est Nostri lib. המספיק, de quo plura legas ap. *W.*[4] p. 760, quam apud *Pasinum* ad Cod. 84 (qui librum ignotum esse contendit). Librum

---

[1]) Vid. אוצר נחמד II, p. 14 (cf. p. 101), ubi notam, A. 1846 in usum meum (cf. p. 17 in fine) scriptam, publici juris faciens, plura neglexit, quae postea emendata sunt.

hunc fere suspicatus sum (in *Catal.* p. 1120), non differre a versione hebr. libri *de diaetis particularibus*, auctore *Isak Israeli*, quem Noster ex Latino verterit. Nostri pater videtur *David* b. Abr. הקשלרי, qui *Galeni* lib. רוע מזג המתחלף ex linguâ Lat. (לשון נוצרי) vertit (in Cod. Bodl. nuper acquis.); si idem est, qui A. 1337 floruit Perpignani (v. *Zunz* z. G. p. 465, unde in זכרון יהודה pro ב״ר וארי leg. ב״ר אברהם) [1].

7) Tractatulus (in fine truncus) de *pestilentiâ* [A. 1349?] auctore ABRAHAM B. SALOMO CHEN [2]) incip.: אמר אברהם בר שלמה חן זלה״ה שוט שוטף כי יעבור על יושבי חלד מעת לעת ומפקידה לפקידה ויך שרשי המין האנושי ופריו שרף מעופף באופן נסכל אנחנו סבתו הרחוקה . ראיתי אני להעלות על לוח מה שיש לאל האיפשר לעמוד מנגד וביחוד בהקדמת השמירה שיקל מהסרת החולי בהגיע כי קודם הדבר העצה תכון מהעצה בעת הדבר וכמעט שראוי להיות אצל כל אדם בקביעות ידיעה; hinc se memoriale (تذكرة = מזכרת) breve ex *Hippocrate*, *Razi* et *Avicennâ* concinnasse ait, capp. 6, 1) [رسم] בדברים השומרים מקום הרושם זה החולי; 2) de causis proximis; 3) diaetetica sani; 4) de signis praenunciantibus pestilentiam in urbe aliquâ; 5) signa specialia hujus generis febrium; 6) modus curandi. Cap. 1 incip.: המורסא הוקראת הטאעון [طاعون] או קואים [قوايم] היא מורסא ארסיית מתילדת באמת משלשת מקומות הרחיה לאברים הראשים נקראים אמונטורש. Citatur saepius *Hippocratis* opus de epidemiâ (אפידימיא) [3]). Ultima verba cap. 6 sunt: ברפואת זה החולי וראשונה בהנהגת במזון ראוי לזונם כי פעמים רבות ירפו בלקיחת כמות מהמזון. *W*[3] p. 157 Nostri opus medicum laudat in Cod.

---

1) Cf. *Deutsch*, Catal. p. 126, et p. 125 Abr. b. *Schlemja*; cf. *Catal.* p. 2384; אוצר נחמד II, p. 234 (adde *Catal.* p. 1297 sub N. 5687), et cf. sub Cod. W. 45,[4].

2) *W*[1] p. 102 n. 157 praeter rem emendare vult *Kohen*. De nomine חן v. quae scripsi in אוצר נחמד l. c. p. 232, et in *Catal.* s. v. Sarachja b. Isak p. 2585; nonne etiam Noster fortasse est *Barcinonensis*?

3) Cf. אוצר נחמד II, 142.

Opp., quod ad Cod. 1139 F. f. 81 refero, ubi f. 81 legitur: הנהגה שעשה מיישטר (sic) אברם הרופא לצורך מהר״ר אברהם חן (חזן?) לנפח שוקיו; sed quis sit ille »maestro" (magister, seu medicus) Abraham definiri nequit, quia varii fuerunt hujus nominis medici. In his sunt e. g. modo laudatus *Kaslari*, Abraham »Judaeus" interpres ex Arabico sub rege Alfonso X (v. *Catal.* p. 697 N. 4251, et Addenda ad locum), Abraham Kabrit (כברית, *Plantavit.* ap. *W*[1] p. 137 n. 215 et n. 99, leg. קבריט?); *Abraham b. Salomo* Israelita vero, in indice auctorum, praemisso libro de simplicibus Ibn Serapionis, Lat. excuso, mihi suspectus, fortasse fictus est ex Isak b. Sal. Isr. [1]), medico famosissimo, nisi ipse sit interpres Judaeus, modo laudatus? (Alios hujus nominis viros enumeravi in *Catal.* p. 2270).

